

forma à Concilio prescripta per copulam subsecutam in Matrimonio non transeunt, si decretum de reform. Matrimonii in Parochia fuerit publicatum.

12 Sponsus cogi debet ab Ordinario per censuras ad implendum iuramentum; & super voto petenda est dispensatio ab eo qui potest concedere.

13 Sponsalia de presenti inter puberum, & impuberem coram

**I**S qui fidem. Sponsalia de futuro transeunt in Matrimonium per carnalem copulam subsecutam, sed non per nisi carnalis copule tantum, hoc dicit cum c. *in inf. eod.* secundum Joan. Andr. Butr. Abb. Alex. de Nave & reliquos omnes. Primb ponit thema, ex quo tacite elicatur quæsitio. Secundo illam solvit & rationem subijcit, hinc, *Ad primam.*

Nota ex hac decretali sponsalia de futuro hoc iure inspecto per sequentem copulam in Matrimonium transire, adeo ut præjudicent Matrimonio postea contracto, ut hic est casus secundum Abb. Antiq. & alios communiter, concordat *cap. Veniens il secundo, supra eodem.* Ratio est, quia Ecclesia ex carnali conjunctione presumit in sponsis consensum conjugalem ad excludendum peccatum, quod incurrerent ex copula fornicaria, ad l. *Merito, ff. pro soc. ut per Covarr. in cap. de sponsal. par. 1. c. 4. §. 1. n. 1.* & hæc est præsumptio juris & de iure, id est, iuxta à Canone, quam Holt. & Jo. Andr. dicunt iustam, indubitam & omnino certam iure scripto sine probatione approbatam & necessariam appellat Specul. in tit. de presump. §. 2. sic distinguens illam à temeraria, probabilis & violenta, unde idem operatur hæc præsumptio in casu præsumpto, quod veritas in casu vero, secundum Butr. Abb. Alexan. de Nave & Preposit. hinc in 1. *notab.* & consequenter non audiretur sponsus, qui assereret se non cognovisse sponfam affectu uxorio, vel animo Matrimonium contrahendi, quia præsumptio juris, & de iure probationem in contrarium non admittit, ut hic notat gloss. ut. Holt. c. 1. n. 2. in *fin. in ver. Admittenda*, Joan. Andr. n. 8. Butr. in *secundo & tertio notab.* Abb. n. 2. Alex. de Nave, n. 3. & communiter omnes. Hæc tamen præsumptio locum habet in foro contentioso & judiciali duntaxat, non autem in foro animæ, in quo non cadit præsumptio, seu fictio; sed ipsa veritas, unde si vere sponsus cognovisset sponfam non affectu uxorio, sed fornicario, non esset Matrimonium in foro penitentiali & quoad Deum, c. *Tuam supra eod.* nam ut inquit Joan. Andr. hinc n. 4. post Holt. sub n. 3. *vers. Sic Papa.* Si sponsus nullo modo convenit in primam, sed in secundam, et si Papa sit supra jus, tamen consensus valere non potest, nec contra conscientiam hominem urgere. Et quamvis postea idem Holt. *vers. Finaliter tamen*, videatur concludere obedientiam esse Papæ in utroque foro; tamen fateatur Papam efficere non posse, ut sine consensu expresso vel tacito sit Matrimonium, & hoc verius & communi.

Ceterum cum hodie ex decreto Concilii Tridentini *cap. 1. sess. 24. de reform. Matrim.* prescripserit nova forma Matrimonii contrahendis cum decreto irritante; utique sponsalia de futuro non transeunt amplius in Matrimonium per copulam subsecutam, sed necesse est iterum contrahere per verba de presenti coram Parocho, & testibus iuxta formam hinc statutam, & sic non est amplius locus dispositioni hujus c. quod & Navarrus advertit in *Man. cap. 25. num. 143.* quem refert & sequitur Menoch. de *presump. lib. 2. præsumpt. 1. n. 99.* & sequitur censuit S. Congregatio Cardinalium Concilii Trid. Interpretum.

Et in specie Episcopus Giennen. venit declarari. Primb an sponsalia de futuro contracta præsentem Parocho, nullis tamen adhibitis testibus, sint invalida vigore decreti Concilii Trid. de quo *sess. 24. cap. 1. de reform. Matrim.*

Secundo, an sponsalia legitime contracta carnali etiam copula subsecuta, possint mutuo consensu partium dissolvi?

Ad primum S. Congregatio respondit, Concil. c. 1. *sess. 24. de reform. Matrim. vers. Qui eliter*, loqui de contrahentibus Matrimonium, non autem sponsalia de futuro, & idem quod attinet ad hujusmodi sponsaliorum de futuro validitatem, servandum esse jus commune.

Ad secundum respondit, quomodocumque accipitur illa decisio legitime, sine prout à jure communi disponitur, seu coram Parocho & testibus, non posse dici subesse validum, & indissolubile Matrimonium. Et si enim ante Concilium hujusmodi sponsalia transissent in Matrimonium, c. *in qui fidem de sponsal.* tamen quia Concilium voluit nullum esse Matrimonium non contractum coram Parocho, & intelligitur de Matrimonio per verba de presenti; si hic actus Matrimonii coram Parocho per verba de presenti non intervenit, non potest dici subesse validum Matrimonium.

Ruritus propolita fuit in Sac. Congregatione hæc facti species. D. Nicolaus plures coram testibus Lucie promisit, imò per verba de presenti asseruit se eam in uxorem accipere velle, ipsa itidem respondente se eum in virum accipere, posteaque subsecuta est inter eos carnalis copula, post quam Nicolaus infirmitate correptus, Deo cum juramento vocit illum se ducturum in uxorem. Quæsitum fuit an Matrimonium esset validum, & an posset compelli ad contrahendum & ad implendum votum ac iuramentum S. Congregationis censuit, si casus, de quo agitur, contigit post triginta dies à die primæ publicationis decreti Concilii Trid. *sess. 24. de reform. Matrim. cap. 1. factis in Parochia* dicitur. Nicolai & Lucie; & verisimili de presenti prolatis non interfuit proprius Parochus eorumdem, certum esse hujusmodi contractum nullum esse ex eodem decreto Concilii *de reform. Matrim. cap. 1. vers. Qui eliter*, nec posse dici sponsalia secuta copula transivisse in Matrimonium per c. *In qui fidem de sponsal.* Quia Congregatio jam dudum declaravit d. c. *In qui fidem*; hodie non habere locum si non sit servata forma prescripta in d. c. *1. de reform. Matrim.* Quoad iuramentum, & votum non esse Congregationis, quia adendum est Ordinarium per o iuramento, qui postea per censuras cogat ad observandum, casu quo Lucia non consentit. Item pro voto petenda dispensatio ab eo, qui dare potest, aliam non potest stare Nicolaus cum tuta conscientia.

Ad hæc Episcopus Squillacen. postulavit deestari, an contractus sponsalibus per verba de presenti inter mulierem etatis annorum decem, & virum majorem servata forma Trid. Concilii & longi temporis cohabitatione, atque carnali copula subsecuta, hujusmodi contractus habeat vim legitimi Matrimonii, non servata iterum post pubertatem forma Concilii S. Congregatio censuit non habere, nisi iterum coram Parocho proprio contrahatur per verba de presenti, iuxta formam Concilii, si modo tempore adveniens pubertatis mulieris ante copulam publicatum fuerat in parochia contrahentium decretum Concilii *sess. 24. de reform. Matrim. c. 1.* & lapsi erant triginta dies à prima publicatione. Idem responsum in causa Meliten. ubi dictum fuit, Matrimonium inter impuberem contractum per verba de presenti, forma Concilii non servata per copulam & cohabitationem subsecutam, non transire in Matrimonium tanquam valuerit velut sponsalia de futuro.

Secus tamen esset si Matrimonium in facie Ecclesiæ contractum esset nullam ex causa meâ, & impedimentum esset occultum, quia tunc mutuo consensu conjugali convalesceret ex declaratione Pii V. Dubitavit namque Episcopus Hæracen. si Matrimonium contractum, & consummatum fuerit per meum servata in ceteris forma Tridentini Concilii, & postea conjugum mutuo consensu, & spontanea cohabitatione convalesceret, an hoc sit illud censetur validum non aliter servata forma Tridentini Concilii. Bon. mem. Cardinal. Carrassa hæc adnotavit; si impedimentum ex metu presupposito occultum sit, non esse oportiterum contrahere repetitis solemnitatibus aliâ ritè adhibitis in primo contractu. Si autem impedimentum esset manifestum, Matrimonium de novo contrahendum esset servata forma Concilii Trid. iuxta responsum Congregationis aliâ datum ad dubium Cardin. Portugall. ac secundam declarationem Pii V. de qua testatur Navarr. in *Summ. c. 22. num. 70. vers. Advertendum quartè.*

Sed hæc incidit dubitatio, an sponsus, qui sponfam seduxit, ac stupravit, possit puniri ab Episcopo pena contra stuprantem à sacris Canonibus inflata, præterea quòd hodie ex decreto Concilii sponsalia post copulam subsecutam non transeunt in Matrimonium, ut transibant ante Concilium. Breviter ad propositum dubium S. Congregatio respondit, non posse puniri pena stupri, sed graviter arbitrio Episcopi duntaxat ex decreto *cap. 1. sess. 24. de reform. Matrim.* monendus tamen esse ut quamprimum factis sponsalibus contrahant Matrimonium propter periculum.

Parocho, & testibus contracta post Concilium non transeunt in Matrimonium per cohabitationem & copulam.

14 Matrimonium nulliter contractum ex causa meâ, servata in reliquis forma Concilii Tridentini, si impedimentum sit occultum, convalescit ex mutuo conjugum conjugum.

15 Sponsus, qui sponfam stupravit, non potest puniri pena stupri; sed graviter arbitrio Episcopi.

moili coram Parocho per verba de presenti non intervenit, non potest dici subesse validum Matrimonium.

Ruritus propolita fuit in Sac. Congregatione hæc facti species. D. Nicolaus plures coram testibus Lucie promisit, imò per verba de presenti asseruit se eam in uxorem accipere velle, ipsa itidem respondente se eum in virum accipere, posteaque subsecuta est inter eos carnalis copula, post quam Nicolaus infirmitate correptus, Deo cum juramento vocit illum se ducturum in uxorem. Quæsitum fuit an Matrimonium esset validum, & an posset compelli ad contrahendum & ad implendum votum ac iuramentum S. Congregationis censuit, si casus, de quo agitur, contigit post triginta dies à die primæ publicationis decreti Concilii Trid. *sess. 24. de reform. Matrim. cap. 1. factis in Parochia* dicitur. Nicolai & Lucie; & verisimili de presenti prolatis non interfuit proprius Parochus eorumdem, certum esse hujusmodi contractum nullum esse ex eodem decreto Concilii *de reform. Matrim. cap. 1. vers. Qui eliter*, nec posse dici sponsalia secuta copula transivisse in Matrimonium per c. *In qui fidem de sponsal.* Quia Congregatio jam dudum declaravit d. c. *In qui fidem*; hodie non habere locum si non sit servata forma prescripta in d. c. *1. de reform. Matrim.* Quoad iuramentum, & votum non esse Congregationis, quia adendum est Ordinarium per o iuramento, qui postea per censuras cogat ad observandum, casu quo Lucia non consentit. Item pro voto petenda dispensatio ab eo, qui dare potest, aliam non potest stare Nicolaus cum tuta conscientia.

Ad hæc Episcopus Squillacen. postulavit deestari, an contractus sponsalibus per verba de presenti inter mulierem etatis annorum decem, & virum majorem servata forma Trid. Concilii & longi temporis cohabitatione, atque carnali copula subsecuta, hujusmodi contractus habeat vim legitimi Matrimonii, non servata iterum post pubertatem forma Concilii S. Congregatio censuit non habere, nisi iterum coram Parocho proprio contrahatur per verba de presenti, iuxta formam Concilii, si modo tempore adveniens pubertatis mulieris ante copulam publicatum fuerat in parochia contrahentium decretum Concilii *sess. 24. de reform. Matrim. c. 1.* & lapsi erant triginta dies à prima publicatione. Idem responsum in causa Meliten. ubi dictum fuit, Matrimonium inter impuberem contractum per verba de presenti, forma Concilii non servata per copulam & cohabitationem subsecutam, non transire in Matrimonium tanquam valuerit velut sponsalia de futuro.


Secus tamen esset si Matrimonium in facie Ecclesiæ contractum esset nullam ex causa meâ, & impedimentum esset occultum, quia tunc mutuo consensu conjugali convalesceret ex declaratione Pii V. Dubitavit namque Episcopus Hæracen. si Matrimonium contractum, & consummatum fuerit per meum servata in ceteris forma Tridentini Concilii, & postea conjugum mutuo consensu, & spontanea cohabitatione convalesceret, an hoc sit illud censetur validum non aliter servata forma Tridentini Concilii. Bon. mem. Cardinal. Carrassa hæc adnotavit; si impedimentum ex metu presupposito occultum sit, non esse oportiterum contrahere repetitis solemnitatibus aliâ ritè adhibitis in primo contractu. Si autem impedimentum esset manifestum, Matrimonium de novo contrahendum esset servata forma Concilii Trid. iuxta responsum Congregationis aliâ datum ad dubium Cardin. Portugall. ac secundam declarationem Pii V. de qua testatur Navarr. in *Summ. c. 22. num. 70. vers. Advertendum quartè.*

Sed hæc incidit dubitatio, an sponsus, qui sponfam seduxit, ac stupravit, possit puniri ab Episcopo pena contra stuprantem à sacris Canonibus inflata, præterea quòd hodie ex decreto Concilii sponsalia post copulam subsecutam non transeunt in Matrimonium, ut transibant ante Concilium. Breviter ad propositum dubium S. Congregatio respondit, non posse puniri pena stupri, sed graviter arbitrio Episcopi duntaxat ex decreto *cap. 1. sess. 24. de reform. Matrim.* monendus tamen esse ut quamprimum factis sponsalibus contrahant Matrimonium propter periculum.

Parocho, & testibus contracta post Concilium non transeunt in Matrimonium per cohabitationem & copulam.

14 Matrimonium nulliter contractum ex causa meâ, servata in reliquis forma Concilii Tridentini, si impedimentum sit occultum, convalescit ex mutuo conjugum conjugum.

15 Sponsus, qui sponfam stupravit, non potest puniri pena stupri; sed graviter arbitrio Episcopi.



# DE SPONSALIBUS.

Idem Gregorius IX.

## CAPUT XXXI.

**S**I inter virum & mulierem legitimus consensus interveniat de præsentem, ita quod unus alterum mutuo consensu verbis consuetis expresso, recipiat, utroque dicente; ego te in meum accipio, & ego te accipio in meum vel alia verba, consensum exprimentia de præsentem, sive sit iuramentum interpositum, sive non, non licet alteri ad alia vota transire, quòd si fecerit, secundum Matrimonium de facto contractum (etiam si sit carnalis copula subsecuta) separari debet, & primum in sua firmitate manere. Verum si inter ipsos accessit tantummodò promissio de futuro, utroque dicente alteri, ego te recipiam in meam, & ego te in meum, sive verba similia, si alius mulierem illam per verba de præsentem, desponsaverit, etiam si inter ipsam & primum iuramentum intervenerit [sicut diximus] de futuro, hujusmodi desponsationis intuitu, secundum Matrimonium non poterit separari, sed eis est de violatione fidei pœnitentia injungenda.

## SUMMARIUM.

- 1 Sponsalia de presenti non solvuntur per sequens Matrimonium etiam consummatum, & n. 7.
- 2 Sponsalia de futuro etiam jurata solvuntur per subsequentia de presenti.
- 3 Matrimonium an possit contrahi sine verbis consensum exprimentibus.
- 4 Subaratio subsecuta post verba alterius ex contrahentibus ad Matrimonium apta, arguit consensum Matrimonialem.
- 5 Matrimon. contrahi potest non solum per verba consueti hinc expressa, sed etiam per alia consimilia.
- 6 Nec requiritur ut ambo sint concordēs in forma verborum.
- 7 Matrimonium etiam gravatet secundo, etiam carnali copula consummato.
- 8 Sponsalia de futuro contrahi possunt per quæcumque verba consensum exprimentia, non de presenti, sed de futuro.
- 9 Sponsalia de futuro propter dicuntur sponsalia; de presentem autem impropter, & respectu futura executionis Matrimonii.
- 10 Uxor ante carnalem copulam, & traditionem ad dæmum viri, multa in locis appellatur sponsa.

**S**I inter virum. Sponsalia de presenti non solvuntur per subsequens Matrimonium etiam carnali copula consummatum.

Sed sponsalia de futuro etiam jurata solvuntur per subsequentia de presenti. Hoc dicit Secundum dictum hic, *Verum si.*

Nota i. hic, *Verbis consuetis expresso*, argumentum quòd ad Matrimonium in eo, qui potest loqui, necessaria sunt verba consensum exprimentia, ut hic innuitur, & in *cap. Licet infra de spons. duor.* & videtur expressum in *cap. Tua, supra eodem*, ubi dicitur Matrimonium in veritate contrahi per legitimum viri & mulieris consensum; sed necessaria esse quantum ad Ecclesiam verba consensum exprimentia de presenti, & secundum hoc altero tantum eo loquente non erit Matrimonium quoad Ecclesiam, quia non loquens suum consensum sufficienter non exprimit, argum. hujus litteræ, hic, *Utroque dicente*. Idque ad exemplum stipulationis quæ non contrahitur, nisi utroque loquente, etiam si annuat sine verbis, l. 1. in *princ.* §. *Et si quis ita*, ff. de *verb. obligat.* & ita firmat gloss. in c. *Tua nos*, in *verb. Nec forma supra eod.* dicens ad esse Matrimonium duo esse necessaria, substantiam scilicet & formam, sicut ad esse hominis; pro substantia esse hic consensum, pro forma verba consensum exprimentia & si alterum desit, non esse Matrimonium. Idem tenet gloss. juris civilis in leg. *Cum notissimi*, in *verb. Solam*, Cod. de *presump. trigint. vel quadrag. annor.* & hic Bald. n. 7. Bart. in l. *Nuptus* n. 1. ff. de *revel. jur.* Goffred. in *sum. tit. de spons. n. 22.* Innoc. in c. *Tua post princ. in ver. Consensum supra eod.* dicens in valentibus loqui non sufficere contentum sine verbis.

Ceterum hic intellectus secundum Hostien. *hic in princ. in ver. expresso*, aperit reprobatum in *cap. Ex litteris*, & c. *In qui fid. supra eodem in cap. Contrahatur*, & *cap. de illis in primo*, §. 1. *infra de despons. impuber.* & in l. *Sed qua Fagnan. in IV. Lib. Decretal.*

*patris, ff. de sponsal.* in quibus contrahentes factio ipso sine ullis verbis censentur consentire.

Nec obstat, quòd hic dicitur, nam post litteram hic, *Vel alia verba*, subaudiendum, vel præsumptiones violentiæ, ut in *juribus allegatis*, & in *cap. illud de presump.* vel signa & natus, seu argumenta sufficientia, ut plene notatur in d. c. *Tua supra eodem*, nam hujusmodi signa equipollentibus hinc formæ, unde non refert quid ex equipollentibus fiat, c. *Licet ex quadam de testib. cap. Tua de consang. & affinit. dummodò consensus exprimat etiam non loquendo, nam multe mulieres præ verecundia plerumque annunt potius, quam loquantur, maxime presentibus parentibus cap. *Honorantur* 32. *quæst. 2.* & in hoc tandem refidet hic gloss. 1. cum qua concordat Hostien. loco citato, Butr. n. 9. Card. num. 4. & Abb. n. 6. gloss. in *cap. Sufficiat in ver. Initio 22. quæst. 2.* Lapis allegat. 56. per tot. & tenent in d. c. *Tua sup. eod.* Hostien. in *ver. de presentem*, Butr. n. 8. Card. ad *fin. Anchi.* n. 3. Abb. *eodem* n. & Alex. de Nave n. 15. & alii tam Jurisperiti, quam Theologi, quos novissime cumulat Thom. Sanchez. in *tract. de Matrim. tom. 1. lib. 2. disp. 31. n. 5.* Quorum opinio videtur non obscure approbata à Concilio Florentino in Decreto fidei Eugenii IV. §. *Septimum Sacramentum*, hic, *Consensus per verba regulariter expressus facit Matrimonium*, dum enim dixit regulariter, satis clare innuit, verba non semper adhiberi ac prout ad validitatem Matrimonii non pertinere.*

Quo fit ut si alter ex contrahentibus proferat verba apta ad Matrimonium, & deinde subsequatur subaratio per immisionem anullum, ex hujusmodi actu satis arguitur consensus Matrimonialis, ut hic firmat gloss. v. in *fin.* Butr. n. 9. & plerique alii, Hostien. in *cap. Ex litteris* il primo num. 1. dicens esse hic de hoc textum apertum, *supra eodem*, & tradant communiter omnes in *cap. Illud de presump.* & in *cap. fin. de despons. impuber.*

24 pra. rod. Et hoc casu opinione. Tamen de Hostien. putat esse veriorum. Aut puella apparet ab alio cognita, & deinde à viro traducta, & praesentur ab ipso cognita, sicut si quilibet aliam duxisset majorem aetate. Et hoc casu procedat opinio Goffred. Innoc. Abb. Anig. & Joan. Andr. Verum, rejecta hac distinctione, Anchar. tenet indistincte si ve puella fuerit ab alio cognita, si ve non, Matrimonium consistere si ex habitu corporis, & aliis signis intrinsicis apparet de potentia coeundi, ut probant iura superioris allegata & concludit Abb. hic n. 4. vers. Sed deceptato non modico. Praepos. n. 1. & Alex. de Nervo n. 3. Facit text. in l. 1. §. Si intelligatur, hic ut strumque signis quibusdam demonstrari solent vitia, ff. de adul. edit.

lis, c. Externitatis, infra de fidei. & malefic. Ideoque Matrimonium inter impuberes, cum eorum impotentia corporalis sit, ex aliqua urgentissima causa, puta pro bono publico, potest contrahi ex dispensatione Ecclesiae, ut est casus in c. 2. sup. eod. quod potius de Matrimonio, quam de dispensationibus loquitur, ut hic notat gloss. Innoc. Abbas & alii. Ergo defectus pubertatis Matrimonium non dimitit iure naturali, super quo nulla cadit dispensatio, ut in 13. distict. in summo, & hic per gloss. & Archid. Atque hujus sententiae est D. Thomas in 4. dist. 36. q. 1. artic. 5. & Victorinus in sum. de Matrim. n. 284. Etamque pluribus comprobatur & ab objectis tractat, Navarrus conf. 4. incipit. testatum est, hic tit. de despon. impuber. iure autem positivo est ad valorem conjugii sola pubertas sufficiens, pubertas autem non est annorum numero, sed ex habitu corporis & vigore naturae estimanda sit, ut constat ex c. Puberes sup. eod. ubi resollitur opinio antiquiorum, qui pubertatem ex annis metebantur, & hic notat gloss. final. de Host. in fern. & Cardin. hic nu. 1. in opposit. Dicens quantum ad Matrimonium aetatem non esse taxatam & preventivam posse, tamen quia pubertas in foemina, ut plurimum contingit in duodecimo anno absolutae & in masculo in decimoquarto, propterea iura aptando dispositionem ad ea quae frequentius accidunt, providi praesixerunt foeminae annum duodecimum completum ad Matrimonium incundam, c. Continetur, sup. eod. l. Minorem, ff. de ritu nupt. & masculo decimum quartum annum, ut in cap. Proximo infra eodem, & Institut. de nupt. in princ. glossa in c. 2. in verb. Canonibus supra eod. quia scilicet ante illam aetatem eos in puberes praesumpserunt, ut in d. c. Puberes, ubi hoc notat gloss. ultima, qui communiter approbatur.

23 Tertio hoc iudicium an Matrimonio obstat aliquod impedimentum necne ad, Episcopum pertinere, in specie laetit Alexander. II. in c. Mulierum 35. quae. 6. nam est textus dicit, Episcoporum Consilium casum istum examinauerit tamen gloss. in verb. Consilium, exponit verbum illud, distributive, id est in quolibet Episcopo in sua quisque Diocesi, & idem statum est Concil. Cartaginensi, cui Augustinus interfuit, ut referunt in c. Saculares, 33. quae. ubi gloss. in verb. Comprovincialiter, smiliter notat huiusmodi cognitionem hodie spectare distributive ad unumquemque Episcopum in Diocesi sua, & sequitur hic Turrezem. n. 4. in verb. Ad Episcopos.

Quarto, priusquam Matrimonium sit facie Ecclesiae contractum, debet Parochus praenittere tres denunciations ad praescriptum Concilii Lateranensis in c. cum in alio de clandest. & Concilii Tridentini in c. 1. sess. 24. de reform. Matrim. siogue iurur inter publicationes revocatum fuisse aliquem ex contrahentibus nondum pervenisse ad aetatem legitimam, & contra vero pro contrahentibus replicari impedimentum illud non obesse, quia malitia supplet aetatem. Quod ager Parochus 1. Utique de impedimento cognoscere non potest, sed debet rem ad Ordinarium referre, ut inquirat an impedimentum sit verum vel malitiose oppositum, aucte prudentia aetatem supplet, ut probatur in c. in in fine, de clandest. despons. & tenet hic Joannes Andreas n. 9. in verbo Interdictum. Quod cum ita sit, eodem proinde modo ad instantiam contrahentium Ordinarius debet bene libi cognitionem assuere, cum ipse sit cognitor & iudex impedimentorum Matrimonii, c. 1. in fin. & hic notat glossa finalis de consang. & affini.

20 Hae autem impubertatis praesumptio ante aetatem legitimam non est iuris, & de iure ita ut non admittat probationem in contrarium secundum ea quae leguntur, & notatur in cap. Ad id quod & in c. Ii qui solum supra tit. proxim. sedes juris tantum, ut advertit Hostien. in praedictis Decretal. Pubere n. 7. in verb. Offendit. Ideoque si constat malitiam supplet aetatem utique poterunt minores conjugio copulari, quia hoc casu praesumptio cedit venturi, ut est textus apertus hic, & in d. c. Puberes, & in c. fin. infra eod. & in c. unie. §. 1. eod. tit. lib. 6. & tenet Feder. de Sen. confil. 237. Factum tale est; Quidam nomine, in princ. Cardin. Zabari. conf. 4. Legit aetatis, Angel. conf. 25. Dimino Majoris in princ. & in fine, & Canonice omnes hic & in iuribus praescriptis, & consentit S. Thomas in 4. distict. 36. qu. artic. 5. dicens, Matrimonium, cum fiat per modum contractus, subsistere dispositioni legis positivae, & debent iura determinatum esse, ut ante illud tempus discretionis quo aetate possit de Matrimonio sufficienter deliberare, & debent sibi invicem reddere, Matrimonia non contrahantur, & aliter facta dirimantur, hoc autem tempus, ut in pluribus esse in masculis in quatuordecimo anno, & in foemina in duodecimo. Sed quia praeter aetatem iuris observari sequuntur id quod est in pluribus, idcirco Matrimonium valide contrahi, si aliquis ad perfectionem aetatis ante tempus praedictum perveniat, ita ut vigor naturae, & rationis defectum aetatis suppleat. Haec Thomas.

21 Itaque praefixo aetatis in effectu hoc tantum operatur, ut masculus qui decimum quartum & foemina, qui duodecimum annum explevit, releventur ab onere probandi pubertatem, quia juxta iuris praesumptionem & censentur puberes, quando contrarium non probetur. Econtra vero quia pubertas ante praedictum tempus non praesumitur, qui dicit minorem esse puberem, probare debet cum habeat praesumptionem contra se. Ita declarat Gemini. conf. 24. Quia distict. n. 7. & ante cum Innoc. c. Continetur n. 7. hic etiam Henric. Boich. n. 2. & Butr. n. 3. Navarrus in Mensali c. 22. n. 29. & Covarr. in 2. Decretal. in 2. part. c. 5. n. 3.

22 Hic ita constitutis pro solutione quaestionis proponitur duo sunt inspicienda. Primum est an ptebet ad Ordinarium loci cognoscere, & iudicare an malitia supplet aetatem. Secundum est potestatem de malitia huiusmodi legitime constiterit, an matrimonium de Episcopali licentia celebrari valeat absque Sedis Apostolicae dispensatione.

23 Quoad primam inspectionem credimus manifestum esse cognitionem & iudicium an malitia supplet aetatem ad Ordinarium loci pertinere ex infra scriptis.

24 Et primo hic casus cognoscendi & iudicandi an malitia aetatem supplet, & puella sit apta conjugio, nullibi reperitur Sedi Apostolicae reservatum. Ergo Ordinario censetur permissus per regulam, c. Nuper vers. Quidiam tamen Conditio Canonis, de sent. excom.

25 Secundo, cause Matrimoniales, qualis est cognitio an puella ante annos nobiles sit apta ad Matrimonium contrahendum, ad Episcopi tantum examen, & jurisdictionem pertinet, tam ex dispositione juris communis, c. Accedentibus, & hic gloss. in verb. Episcopalis dignitatis de excess. Praelat. quam ex Decreto Concilii Tridentini in c. 20. §. Ad hoc sess. 24.

26 aliquid ex contrahentibus revera non sit habilis ad copulam conjugalem, super quo defectu solus Papa dispensat, ut concluditur supra in 2. o. s. u. f. u.)

27 Tertius casus est cum incertum est an malitia supplet aetatem & partes ipse hoc fateatur, sed tamen adest Episcopus pro dispensatione, & tunc si puella sit pubertati proxima, admittitur forsitan potest illorum opinio qui tenent Episcopum ex urgenti causa posse dispensare, pro qua videtur textus in r. 2. supra eodem hic, distictibus inhihemus ne aliqui ante aetatem Canonibus praescriptam conjugantur, nisi forte aliqua necessitate necessitate interveniente, ut potest pro hinc facti talis conjunctio toleretur. Verbum enim toleretur non intelligitur de perseverantia permissionis, sed approbationis ut inquit Navarrus conf. 5. n. ult. de despons. impuber. & cum illa Doctrina indulget dispensationem, nec spernit cuiuslibet debet de Episcopo secundum theoreticam Joannis de Lignano & Joan. de Calder. in c. ut si Clerici, §. de adulter. de jud. quam hic sequuntur Butr. n. 17. vers. tamen et quod ius permittit dispensationem; & Abbas n. 4. vers. si vero expressis, nam respectu Papae non potest intelligi, quia eius auctoritas temporis intelligitur excepta, ut hic advertit idem Abbas n. 5. vers. sed ille diffcultat, unde huius sententiae videtur esse in d. c. 2. Host. n. 4. in verbo nisi forte Joan. Andr. n. 1. Butr. n. 4. Anchar. n. 2. Praepos. in fine & Alex. de Nervo n. 6. qui omnes affirmant Episcopum debere cognoscere an huiusmodi causa sit iusta, ac deinde Matrimonium ante legitimam aetatem esse contrahendum de illius licentia. Eodem sententiae asserendi sunt Auctores qui scripserunt mortaliter peccare contrahentes Matrimonium antelegitimam aetatem sine iusta causa & licentia Episcopi, hi enim absque dubio supponunt Episcopum posse ex iusta causa huiusmodi licentiam impertiri, quod docuerunt Petrus de Palude in 4. sent. dist. 18. q. 2. art. 1. numero 8. Tabern. id verbo Matrimonium §. q. 6. Porro haec opinio multas et graves patitur difficultates, sed quidquid sit de illius veritate, neque hic est casus notus.

28 Quartus denique & ultimus casus est, cum non versatur in dubio, sed ex habitu corporis & ex aliis signis sufficienter constat malitiam supplet aetatem, eo quod puella non modo sit aetati proxima, id est post duodecimum annum cum dimidio secundum opinionem posse, Innocenti & Canonitium in c. Continetur supra eodem, sed etiam ex aliis signis pubertatem praeseferat, quod plerumque evenire solet hic, quia nati in murice & auro & nutriti inter superbas aetate & delicias, vires majores majoque robur corporeum sibi quaerunt, ut inquit Navarr. in praedictis conf. 4. n. 13. de despons. imtrub. Evidens autem & insalubre signum pubertatis ostendit tur ex mensuris purgationibus, nam certum est puberem esse qui ex habitu corporis pubertatem ostendit & generatim jam potest ut definitur in d. c. Puberes supra eodem, potentiam autem generandi sufficienter probari ex mensuris, auctor est Aristoteli. lib. 7. de histor. animal. c. 2. in princ. dicens conceptum mulierum a profluvio mensuris suapte natura incipere Idem docuit Nicolaus de Lira Exord. 21. ubi ait secundum R. bbi Selo, ortum pilorum & menstruum esse signa pubertatis. Imo ut inquit Silvester in verbo Matrimonium §. n. 3. q. 13. Secundum Medicos, menstrua sola arguunt pubertatem in muliere, quae si incipit habere, est apta ad generationem; & consequenter malitia supplet aetatem; & sequuntur ex recentioribus Henriquez lib. 11. de Matrim. c. 13. n. 11. Thomas Sanchez alios referens de Matrim. tom. 2. lib. 7. de imped. disp. 204. n. 34. & Baill. Pont. in eod. tract. lib. 7. de imped. divin. c. 65. n. 4.

29 Hoc igitur ultimo casu Ordinarius receptis probationibus & compilato processu diligenter considerate debet quid ex eo resultet. Et quidem si cognoverit probationes malitiae esse infirmas aut dubias, illius partes erunt inhabere contrahentibus & illorum Parochus ne ad Matrimonium celebrationem audeat procedere juxta textum in c. in. supra de clandest. despons. sed e converso si cognoverit eadem probationes esse conclusentes, oportebit eum pronuntiare puellam habere aptitudinem ad copulam conjugalem & sufficientem prudentiam ad intelligentiam vinculi Matrimonialis; & sic malitiam supplet aetatem, ac proinde inter contrahentes nullum extare Canonium impedimentum, quo peracto liberum erit paribus Matrimonium contrahere de Episcopi licentia, sine ulla Sedis Apostolicae dispensatione. Ratio est, quia impedimentum aetatis à Canonibus praefixum non est simplex & absolutum, sed est conditionale, nisi malitia supplet aetatem, ut hic patet & in c. Puberes supra eodem & infra in c. fin. & in c. unieo eod. tit. lib. 6. ergo statim atque Ordinarius declaravit malitiam supplet aetatem, puella in contrahendo utitur iure suo & Episcopus concedendo licentiam nihil aetate contra ius, quin potius cum sit Canonum cultor, iura conservat, ut post Joannem de Lignano & Calder. dicitur A. non de forr. in c. ut si Clerici, §. de adulteris n. 17. vers. Ed quod ius sufficienter permittit & Abb. n. 5. vers. si vero expressis supra de judic.

dicere filiam non posse patri contradicere sine vitio ingratitudinis, licet Matrimonium tenet.

Quin imò non desunt qui existimaverint Matrimonia filiorum minus sine parentum consensu etiam Jure Ecclesiastico fuisse irrita primis Ecclesiis temporibus. Quod ex recentioribus moribus tuetur Basil. Pontius de Matr. lib. 2. c. 1. §. 1. & videtur constare ex Decreto Concilii Aurelianensis IV. c. 24. in verbis. (Decernimus ut parentibus aut propriis Dominis, prout ratio poscit, personarum, accepta fide excusati sub separationis promissione tradantur, postmodum tamen à parentibus atque dominis libertate concessa, si voluerint ex propria voluntate conjugantur.)

Idque apud Græcos apertius colligitur ex Epistola Sancti Basilii ad Amphiloichium, c. 3. ubi habetur quæ sine his qui potestatem habent, sunt Matrimonia, sunt fornicationes. Neque ergo vivere patre nec domino, si qui conveniunt sunt ob excommunicatione liberi, donec Conjugio Domini annuerint, tunc enim accipit firmitate conjugium. Et Theodor. Balsamon. in Commentaria ejus Epistolæ ad c. 48. (Puellas, inquit hic Sanctus Pater, eas que sunt in potestate parentum appellat.) Dicit ergo (si aliquis puellæ tradat seipsum suis amatoribus præter suorum parentum sententiam & ab his vitium illis aliter sit, etiam si Matrimonio sibi conjunctæ videatur, Matrimonium ejus que est in parentis potestate, non posse consistere sine patrum voluntate. Sin autem parentes ipsarum eis reconciliati fuerint, & est cum amatoribus cohabitare voluerint, et rei illa ratione videtur remedium afferri; quod enim ab initio male factum est, parentum potestati consentiens reparare videtur, ut fornicatio in Matrimonium deducatur.) Hæc ille.

Porrò hæc sententia quatenus habet Matrimonia invitatis parentibus irrita aliquando fuisse irrita in Ecclesia, jure defendi non potest, habet enim pro fundamento solum Decretum Evarili. in d. c. Aliter 30. q. 5. quod tam en multat referat à Basilio Pontio ubi supra, nam in eo Decreto ad hoc ut legitimus sit Conjugium, non solum exigitur ut forma desponsationis à parentibus, sed etiam à propinquioribus Item exigitur ut legibus dotetur. Item ut Sacerdotaliter benedicatur. Item ut à Paramphibus associata legibus detur & solemniter accipiat, ac demum ut biduo vel triduo orationibus vacet & calitate custodiatur; & mox immediate subnectitur. Ita peracta festote legitima esse connubia, aliter verò presumpta non Conjugia, sed adulteria vel contubernia vel stupra aut fornicationes totius quàm legitima Conjugia esse non dubitote, etiam si voluntas propria suffragaverit & vota succurrerint legitima. Hæc ibi. At manifestum est cetera omnia que in dicto Decreto exprimentur, non pertinere ad essentiam Matrimonii. (Nemo enim dixerit Matrimonium esse nullum, propterea quòd conjux non fuerit dorata aut benedicta à Sacerdote aut à paramphibus associata, vel triduo orationibus non vacaverit.) Ergo necessariò sequitur ut idem sit dicendum si à parentibus non fuerit desponsata, cum clausula subsequens. Ita peracta festote legitima esse connubia, ad omnia præcedentia æqualiter referatur. Sentus igitur illius Decreti non est, ut Conjugia absque solemnitatibus hic præscriptis irrita sint nulla, sed tantum ut tanquam clandestina reputentur illegitima ac veluti fornicationes & adulteria in foro exteriori, quamdiu contrarium probatum non fuerit, habeantur. Et in hunc sensum Decretum Evarili accipitur à Gratiano in §. Sed obicitur qui habetur post c. Nec illud & in §. His ita respondetur post cap. si quis Divinis 30. q. 5. & ita etiam Decretum illud interpretatur. Cardinalis Bellarminus libro primo de Matrimonio, cap. vicesimo; & communiter Scholastici. In quem sensum accipi etiam debet locus Basilii superius citatus.

Accedit quòd in Codice Gratiani, quo nunc utimur loco illius dictionis etiam si, relate à Basilio. Pont. legitur nisi, nec dici potest ea dictio per errorem irrepsisse, quia in d. §. sed obicitur, ex professo explicatur his verbis. Evaritus cum dixisset, aliter presumpta non sunt Conjugia, sed adulteria, addidit nisi voluntas propria suffragaverit & vota succurrerint legitima. Et secundum hanc lectionem omnia sunt plana, quia

textus probat contrarium ejus ad quod allegatur à Basilio. Pont. Nec hodie aliter legendum videtur, quia Gregorius XIII. Decretum Gratiani Sanctitatis Sæc Jussu emendatum, quod unà cum Decretalibus Gregorii IX. Sexto, Clementinis & Extravagantibus, corpus Juris Canonici appellat, imprimi ac divulgari præcipit & statuitque sub pena excommunicationis late sententiæ, ut non liceat hujusmodi libris dicti Juris Canonici de Mandato suo recognitis, correctis & expurgatis quidquam addere, detrudere vel immutare aut invertere; & nullaque interpretatione addungere, sed prout opus hujusmodi Romæ impressum fuit, semper & perpetuò integrum & incorruptum conservetur, ut in Bulla incip. cum pro munere, edita primà die Julii 1588. quæ habetur in principio ipsius Decreti.


Decretum verò Concilii Aurelianensis intelligi debet quoad thorum & cohabitationem, non autem quoad fides & validitatem Conjugii, ut indicant illa verba sub separationis promissione, nec non illa à parentibus libertate concessa conjugantur.

Quamobrem tenendum est omnino, Matrimonia contracta invitatis parentibus, nullo unquam tempore fuisse irrita in Ecclesia, id quod non obicitur innotuit Decretum Concilii Tridentini, cap. 1. sess. 24. de reform. Matrim. quod absque ulla distinctione temporum anathemata damnavit eos qui falsò affirmant Matrimonia à filiisfamilias sine consensu parentum contracta irrita esse & parentes ea rata vel irrita facere posse.

Verum est hæc ita se habeant quoad nullitatem Matrimonii, tamen quòd spectat ad rem præteritam, constat ex Conjugia adeò esse Sacra canonibus irrita & exosa, ut appellentur adulteria, fornicationes &c. Unde cum tam Ecclesia quàm civilis potentia tantopere ab illis abhorreat, non videtur amittendum, ut si inire possit Matrimonium cui patre expressè & ex legitima causa contradicere, præterquam quia nulla sufficienti causa adducitur que iustificet dispensationem, oportet enim remissis ex Matrimonio rato non consummato, licet non oriatur impedimentum affinitatis, sed publicæ honestatis Jacturæ, ut olim, consulti graviores Theologus & Canonistæ, censuit Sacra Congregatio Concilii, hoc tamen impedimentum esse fortius quàm illud quod oritur ex sponsalibus de futuro. Sanctus Thomas in 4. dist. 41. q. un. art. 3. & hic Soto art. 2. & Abb. in c. sponjam in prin. de sponsi. Ideoque graviores causam requiri pro concedenda dispensatione. Unde quamvis Decretum Concilii c. 3. sess. 24. de reform. Matrim. Impedimentum publicæ honestatis quod oritur ex sponsalibus nullis omnino sustulerit & ex validis restringerit ad primam gradum, tamen impedimentum publicæ honestatis quod oritur ex Matrimonio contracto per verba de præsentibus & non consummato, non fuit à Concilio sublatum & durat in omnibus casibus & gradibus in quibus antea oriebatur, ut ex Sententia Sacre Congregationis declaravit Pius V. in Extravaganti ad Pomanum; idque procedit etiam si Matrimonium sit irritum ex quacumque causa, præterquam ex defectu consensûs, ut Sacra Congregatio declaravit.

Nec refert quòd hoc casu adducatur pro causa diffamatio conversationis mulieris apud virum cui vult nubere, quia hæc causa si vera esset, adduceretur potissimum à patre & fratribus ipsius mulieris ex nobilissima familia oriundis, quorum exultatio præcipue læderetur ex similitudine hujusmodi suspitione. Unde cum eam nec pater nec fratres adducant, sed alii ad quos non pertinet, satis hinc liquet hanc causam communitè proponi ad extorquendam dispensationem.

Nisi forte dixerimus, hoc casu Sanctissimum non dispensare ut filia nubere possit contra voluntatem patris, sed tantum dispensare super impedimento publicæ honestatis ex Matrimonio rato, post impetratam verò dispensationem ut Matrimonium quæ debet honestatè & reverentiè parentibus debitè contrahatur; nullumque obicit Canonicum impedimentum ad curam & sollicitudinem Episcopici pertinere, licet fatear hinc aperiri viam filiz nubendi, patre contradicente.



# DE DESPONSATIONE IMPUBERUM.

Nicolaus Papa.

## CAPUT II.

**U**bi non est consensus, & infra. Districtiùs inhibemus, ne aliqui quorum uterque vel alter ad ætatem legibus, vel canonibus determinatam non pervenerit, conjugantur. Nisi fortè aliqua urgentissima necessitate interveniente, ut pote pro bono pacis talis conjunctio toleretur.

### SUMMARIUM.

- 1 Impuberes ambo vel alter, nisi pro bono pacis conjugari non debent.
- 2 Intellectus hujus cap. & n. seqq. usque ad n. 12. Sponsalia antequàm contrahi possunt ante septennium, ibidem.
- 3 Lex Ecclesiastica prohibens obligat transgressores ad culpam mortalem & n. 8.
- 4 Sponsalia amborum infantium vel alterius publicæ honestatis injuriam non inducunt.
- 5 Sponsalia contrahi possunt ante septennium, si usus rationis præveniat ætatem.
- 6 Sponsalia post septennium ante pubertatem contrahentes peccant mortaliter & n. 8.

- Contrarium n. 9.
- 7 Sponsalia contracta ab impuberibus post septennium inducuntur publicæ honestatis injuriam.
- 8 Sponsalia non sunt conjunctio sed promissio conjunctionis futuræ.
- 10 Matrimonium contrahentes ante pubertatem non possunt absque peccato carnaliter committere.
- 11 Matrimonium contrahi non potest absque culpa letali ante expletam annum duodecimum in femina & decimum quatuor in masculo, nisi ex urgenti causa & de licentia Episcopii.
- 12 Pacis bonum est urgens necessitas dispensandi.

**U**bi non est Impuberes ambo vel alter nisi pro bono pacis, conjugari non debent. Hoc dicit secundum omnes & sunt duæ partes. Prima posit inhibitionem. Secunda necessitatis casum excipit hic, Nisi forte.

Decretalis habet multiplices intellectus; quidam enim putant hic tantum prohiberi, ne fiant sponsalia ante septennium. Hæc enim est ætas legitima, de qua textus loquitur ad sponsalia contrahenda, tam secundum le. es, ut l. in sponsalibus, ff. de sponsal. tam secundum Canones, ut cap. litterarum. Accepti & c. Duo infra eod. & cum textus dicat districtiùs inhibemus, & hoc patet verum non esse quòd ait Joan. Andr. in prin. videlicet quòd hic dicitur procedere de honestate, imò enim est culpa letalis huic inhibitioni contraveniente, ad text. in c. Quisquis præcepti, 14. quasi 2. & not. per Host. & alios in c. 1. sup. de treug. & pac. & innuunt Host. hic in prin. & Alexand. de Nevo n. 3. dicentes non esse leve contravenire huic præcepto; & ita dicentes per hunc textum mortaliter peccare pueros, qui sponsalia contrahunt ante septennium absque legitima causa & Episcopii licentia tradunt Henr. lib. 11. de Matrim. cap. 13. & Petr. de Ledesma de Matrim. q. 43. art. 3. d. 3.

Sed certè hic primus intellectus fulminei non potest, tum quia textus prohibet ne conjugantur, ad nullam conjunctio seu vinculum obligationis esse potest, si infantem ambo vel alter sponsalia contrahant; idèque sponsalia hujusmodi uterque nullæ ex defectu consensûs, nec publicæ honestatis injuriam inducunt, ut est textus in c. unie. infra eod. lib. 6. Tum quia aut pueri ante illam ætatem carent usu rationis, & sunt omnis culpe expertes, ut notatur in cap. 1. in glof. penult. infra de delict. per. unde nec venialiter peccant; quod novissimè tenet Sanchez de Matrim. tom. 1. lib. 1. dist. 17. num. 4. Aut usus rationis prævenit septennium & tunc illa erit legitima ætas à sacris Canonibus requisita ad contrahendum, ut probat ratio textus in d. l. in sponsalibus & tenet glof. in c. Juvenis, in verb. Dubia supra de sponsi. & hic Innoc. in prin. Joan. Andr. in 9. Butr. n. 5. Card. n. 1. Anchar. n. 4. Alexan. de Nevo n. 19. & Præpos. n. 7. & docet S. Thomas in 4. sent. dist. 27. quasi. 2. ad 7. de communi Navarr. in Man. c. 22. n. 19.

Quidam autem censent hanc prohibitionem esse intelligendam in sponsalibus de futuro, quæ contrahuntur quidem post septennium, sed ante pubertatem, & hunc intellectum amplectitur hic glof. 3. cum illum recitet ultimo loco & expressè Host. n. 1. in verb. Conjugantur, Joan. Andr. n. 5. Butr. n. 7. Card. circas. Anchar. n. 3. & communiter Fagnan. in IV. Lib. Decretal.

**DD.** ut testatur Alexand. de Nevo n. 8. v. Secunda modo. Et ratio prohibitionis secundum glossam & Hostensem fuit bonum publicum; nam quòd uterque vel alter impubes sponsalia contrahit, inde oritur publicæ honestatis injuria ut in d. c. unie. infra eod. lib. 6. Cum autem ipsi non puberes facti sepe mutant voluntatem & sponsalia solvant, impediuntur sponsalia contrahere cum consanguineis sponse & sponsa cum consanguineis sponsi, ut in c. Sponsam, sup. de sponsal. & sic tota consanguinitas rem-ner impedita. Non est ergo tutum ut conjugantur, imò demonstrum Republicæ tot uxores afferret impuberes de tot matris sponse & pierumque ex tali dissolutione d. cordis & rixæ oriantur & diverterent consanguineis de factu copulantur; unde hujusmodi licentia contrahendi fuit merito restringenda; & ita secundum hanc lectionem Host. & communem majores septennium, impuberes tamen admitti non debent ad sponsalia contrahenda, alioquin peccant mortaliter, ut dicunt Summa Rosell. in verb. Infimum n. 3. & Siveit in verb. Matrimonium 5. quasi 6. & in verb. Sponsalia, q. 5. dist. 1. Sed hunc quoque intellectum merito recessit Abb. hic cir. pu. verf. Nec placet mihi commoveri intellectus Primò, quia textus dicit, non conjugantur; ac per sponsalia non fit conjunctio sed promissio conjunctionis futuræ, ad quod facit c. Nolite, 23. qu. 10. Deinde, quia textus p. obicit hujusmodi conjuctionem antequàm perveniat ad ætatem Legibus vel Canonibus determinatam; ac septe non expleto jam pervenerit ad hujusmodi ætatem, ut in d. l. in sponsal. ff. de sponsal. & in c. Litteras, & in c. seqq. infra eodem, ergo sponsalia licitè contrahunt, licet pueros non sint; & ex his puto sublatam esse repositionem Alexand. de Nevo hic n. 10. quod etiam sponsalia de futuro possint dici conjunctio cum ex ipsa oriatur ultro citroque obligatio ad contrahendum Matrimonium & obligatio est juri vinculum, quo natura astringitur secundum nostræ civitatis iura, ut dicit text. in c. obligat. in prin. quoniam hæc consideratio non applicatur sponsalibus contractis ante ætatem legitimam de qua loquitur hoc capitulum, quia cum illa sit infra septennium, ut proximè dictum est, sponsalia sunt nulla ex defectu consensûs, ac proinde ex illis nulla oritur obligatio, ut in dist. cap. unie. de sponsi. impub. lib. 6. & consequenter nullo respectu possunt dici conjunctio. Consideratio quoque Host. quòd tota consanguinitas impediatur, hodie parum urget, quia impedimentum publicæ honestatis primum gradum non excedit ex Concilio Tridentino c. 3. sess. 24. de reform. Matrim.

Alii vero intelligunt hunc textum stricte, quando scilicet impuberes ambo, vel alter contrahunt Matrimonium & volunt inderere copule carnali, hac namque conjunctio ab Ecclesia non est permittenda, ne possit de validitate Matrimonii dubitari contingat, prout accidit in terminis e. *Constitutar*, infra eodem & hanc lecturam posuit Abb. hic ad finem vers. Unde intellige istum textum; & est ex mente Innocentii in fin. exponens verbum, *conjungantur*, scilicet carnaliter & eam sequitur Sanchez d. *disp.* 17. n. 6.

Verum neque hic intellectus Abbatis iudicio meo sustineri potest, quia textus permittit conjunctionem ante legitimam aetatem ex urgentissima causa, veluti pro bono pacis, ut patet in veris. *Nisi forte*, ergo non potest intelligi de commixtione carnali quando sunt impuberes ambo vel alter ut Abbas putat, quia Ecclesia ex nulla causa quantumvis necessaria & urgenti potest licentiam concedere, ut pubes cum impubere vel ambo impuberes carnaliter commiscantur, quia cum inter eos Matrimonium consistere non possit, t. *Puberes* & cap. *Attestationis*, infra eodem cum multis concord. copula non potest esse nisi fornicaria & Jure Divino naturalis prohibita, ad quod vide quod scripsi in cap. *De illis*, il. *secundo* n. 46. infra eodem.

Nec satis facit responso Sanchez quod commixtio pro bono pacis sit permittenda, quando probabile est iudicio Episcopi malitiam supplere aetatem, quoniam hanc responso eib extra terminis intellectus Abbatis, qui loquitur quando ambo vel alter sunt impuberes. At quando Episcopi iudicio probabile est malitiam supplere aetatem, jam impuberes non censentur, ut d. e. *Puberes*, infra eodem, ac proinde de carnalis commixtio nullo jure prohibetur, quin potius permittitur, ut ibi, & in cap. *De illis*, il. *secundo* infra eod. & ibi dixi presertim d. num. 46.

Supereit ergo ut hoc capitulum, cum nec de sponsalibus

nec de copula intelligatur, prohibeat tantummodo conjunctionem matrimonialem, juxta primum intellectum glossae & Innocentii, id est ne Matrimonium contrahatur si ambo vel alter nondum pervenerunt ad aetatem Legis vel Canonibus praefinitam, hoc est ante duodecimum annum exactum in femina & decimum quartum similiter exactum in masculo, l. *Minorem* ff. de ritu nupt. cap. *Continebatur* & c. *Attestationis* infra eod. gloss. 2. hic Innoc. in princ. Joan. Andr. n. 4. & alii communiter, Navar. in Man. cap. 22. n. 29.

Et ratio prohibitionis esse potuit, quia cum minores apti ad Matrimonium ex contractu Matrimoniali obligentur, ut d. c. *De illis*, infra eodem, & plerumque incertum sit an ad Matrimonium sint apti, nec ne, id est an malitia suppleat aetatem, neque id ex habitu corporis vel ex aliis signis facile deprehendi possit, sepe contingit, ut alter conjugum potentia ductus praeterea nullitatis ad Matrimonium resistat, & cum alia contrahat; unde puella inupta & diffamata remanet & inter parentes rixae & discordiae oriuntur, merito Papa hic districte hoc prohibet, aded ut propterea sit culpa letalis Matrimonium contrahere ante aetatem legitimam sine urgenti causa & dispensatione Episcopi, ut docuerunt Petr. de Palude in 4. sent. dist. 28. q. 2. art. 1. n. 8. & Tabien. in verb. *Matrimonium*, q. 5. q. 6. quae de re scripti latissime in predicta Decretali. *De illis* d. n. 14. usque ad n. 51. ubi etiam videas de intellectu hujusmodi textus.

Nota hic, ut pote pro bono pacis, bonum pacis esse urgentem necessitatem dispensandi, seu juris rigorem relaxandi ut hic & in c. *fin. supra* de ser. c. *Omnes* quod 22. q. 1. c. *Hae quippe* 3. q. 6. c. *Nisi essent* de preben. & c. *Cum inter R. Junonem*, de elect. unde verius, Pax ut servetur moderamen juris habetur gloss. ut. hic Hoff. n. 6. in verb. *Pro bono pacis* Joan. Andr. in fin. & alii communiter.

Supereit ergo ut hoc capitulum, cum nec de sponsalibus



DE DESPONSATIONE IMPUBERUM.

Alexander III. Genven. Archiepiscopo.

CAPUT IX.

**D**E illis, qui in minori aetate desponsantur, & infra. Respondemus, quod si ita fuerint aetati proximi, quod potuerint copula carnali conjungi, minoris aetatis intuitu separari non debent, si unus in alium visus fuerit consentisse, cum in eis aetatem supplevisse malitia videatur, sed cujuscumque sint aetatis, se possunt per illatam violentiam excusare, nisi post violentiam consensus accedat.

SUMMARIUM.

- 1 **M**inores apti ad Matrimonium ex contractu Matrimoniali obligantur, nisi violentia intercedat.
- 2 Matrimonium contractum ante aetatem legitimam valet, si malitia suppleat aetatem & n. 19. & 43.
- 3 Malitia nomine quid intelligatur, & n. 47.
- 4 Matrimonium non consistit cum puella minore septennio quantumcumque fuerit cognita nisi multum sit doli casus & discretus.
- 5 Copula actualis non requiritur ad hoc ut malitia suppleat aetatem sed sufficit optatum ad copulam quae ex aliis signis probari potest.
- 6 Argumentum ad contrarium sensu non sumitur ubi alia jura contradiunt.
- 7 Aetate pubertatis proxima & potentia coeundi an copulatio requiratur ad validitatem Matrimonii ante aetatem legitimum.
- 8 Pubertatem non metimur ex dimonio numero, sed ex vigore naturae & rationis, & n. 18.
- 9 Metus & violentia in quacumque aetate incitantur, irritant Matrimonium.
- 10 Dummodo patris eade in constantem viam.
- 11 Metus & violentia purgantur per liberum consensum super venientem & Matrimonium convalescit.
- 12 Sive consensus super veniens sit expressus, sive tacitus vel praesumptus.
- 13 Et quid possit Concilium Tridentinum.
- 14 Puella duodecim annis minor cujus malitia suppleat aetatem, an possit Matrimonium contrahere de licentia Episcopi, an verò sit opus dispensatione Apostolica, & n. seq. usque in fin. praesertim n. 38.
- 15 Matrimonium jure naturae in quacumque aetate contrahi potest, dummodo ad sit sufficientis rationis usus & n. seq.
- 16 Impotentia coeundi non dirimit Matrimonium jure naturae nisi sit perpetua.
- 17 Matrimonium inter impuberes ex urgentissima causa contrahi potest ex dispensatione Ecclesiae, & n. 33.
- 18 Pubertatis sola jure positivo sufficit ad validitatem Matrimonii.
- 19 Pubertatis ut plurimum contingit in femina anno duodecimo & in masculo anno duodecimo quarto completo.
- 20 Pubertatis seu impubertatis praesumptio ante & post legitimam aetatem non est juris & de jure, sed juris tantum.
- 21 Aetate legitima relevat ab onere probandi pubertatem quae ante non praesumitur nisi probetur.
- 22 Malitia an suppleat aetatem nec ne, spectat ad Ordinarii

- judicium & num. seq. usque ad num. 26. & n. 47.
- 23 Episcopus est cognitor impedimentorum Matrimonialium, & num. seq.
- 24 Parochus non cognoscit de impedimento Matrimonii inter publicationes sibi delato, sed Ordinarius denunciatur.
- 25 Episcopus cognoscit an subsit legitima causa dispensandi cum impubere super Matrimonium contrahendo.
- 26 Matrimonium quibus casibus contrahi possit ante aetatem legitimam antea dicitur Ecclesiae & n. seq. usque ad n. 35. & n. 38. usque in finem.
- 27 Rationis usus in Matrimonio est ex necessitate Sacramenti.
- 28 Ecclesia non dispensat in subsistentialibus Sacramentorum.
- 29 Infantes jure Matrimonii incapaces jure naturae ab obsequio continentur.
- 30 Puella sola dispensat super Matrimonio puella, qua sufficientem habet discretionem sed non aptitudinem ad copulam, & n. 49.
- 31 Potentia actualis coeundi non est de substantia Matrimonii jure naturae vel Divino, sed positivo tantum.
- 32 Episcopus non dispensat super impedimentis dirimentibus.
- 33 Episcopus an urgentissima causa dispensare possit ut puella pubertati proxima Matrimonium copuletur.
- 34 Intellectus cap. 2. supra eod.
- 35 Matrimonium contrahens ante aetatem legitimam sine justa causa & licentia Episcopi peccat mortaliter.
- 36 Mensura purgationis in puella jure signum infallibile pubertatis.
- 37 Episcopus compilato processu super malitia quid agere debeat.
- 38 Aetatis impedimentum non est simplex & absolutum, sed conditionale, nisi malitia aetatem praevaleat.

**D**E illis, il. *secundo*. M. jura apti ad Matrimonium ex contractu Matrimoniali obligantur, nisi violentia intercedat. Hoc dicit secundum Abb. Antiqui quem citat secuti sunt. Das habet partes. In prima ponitur decia conclusio. In secunda responso hic, *Respondemus*.

Nota primo valere Matrimonium contractum ante aetatem a jure praefinitam si malitia suppleat aetatem, ut hic est textus, qui ad hoc quotidie a Doctoribus allegatur ad idem text. in cap. *Puberes*, supra eod. & infra in c. *fin.* & latius dicam infra n. 18. & seq. Nominis autem malitiae communiter intelligunt Doctores non tantum aptitudinem ad copulam conjugalem, seu generandi potentiam, ut hic & in d. e. *Puberes*; sed etiam prudentiam, ut in c. *fin. supra* eod. id est discretionem, & iudicium rationis ad cogitandum magnitudinem Sacramenti Matrimonii, & vinculum conjugale perpetuum & indissolubile, idem probat text. in cap. *Continebatur*, supra eodem. ubi ponderatur non tantum copula, sed etiam aetate pubertatis proxima. Quae ponderatio aetatis incepta est si sola copula esset sufficiens, unde Gregorius S. Thomas in 4. dist. 36. q. 1. n. 5. hanc malitiam appellat vigorem naturae & rationis, & Cardin. hic n. 2. discretionem, & vixi potentiam & glossa hic in princip. sapientiam, discretionem & doli capacitatem. Atque ita haec duo esse copulative necessaria ad validitatem Matrimonii ante aetatem legitimum consentit Abb. hic n. 4. Alexan. de Nervo n. 7. Angel. in verb. *Matrimonium*, 2. imped. 15. n. 8. Silvestr. in verb. *Matrimonium*, 5. qu. 2. Covarr. de sponsal. par. 1. cap. 5. num. 3. & pallioli, quorum sententiam probavit S. Congregatio Concilii, ut dicam infra num. 47.

Et quamvis Thomas Sanchez de Matrim. tom. 2. lib. 7. de imped. disp. 104. n. 20. alleget multos pro contraria sententia; veritas tamen est glossae & Doctoris, quos citat non discrepare a communi opinione, nam glossa hic in verb. *Copula*, dicit ad hoc ut minores locari possint vinculo conjugali, hoc tantum considerari, an potuerint copula carnali conjungi, non numerum annorum; atque ita includit solum aptitudinem ad copulam ad exclusionem aetatis, non autem exclusionem discretionis ad intelligendam vim obligationis conjugalis. Quod inde apparet manifeste, quia eadem e. oia Bernardi in figuracione casus interpretatur malitiam, id est, sapientiam & discretionem, ut superius dictum est. Similiter textus in d. e. *Puberes*, supra eod. cum gloss. in verb. *Offendit* dum dicitur pubertatem, & Matrimonium considerari tantum ex vigore naturae & generandi potentiam, non ex annorum numero, utique non excludit iudicium rationis. Et eodem modo glossa in c. *fin.* in verb. *Prudentia*, quamvis interpretetur illud verbum, *prudentiam*, id est carnalem concupiscentiam, tamen paulo post includit iudicium rationis, dum subijcit, sic etiam in delictis doli capacitatis supplet aetatem. Quam quidem capacitatem, & discretionem praeter aptitudinem ad copulam requirit etiam in dicit. e. *Puberes*, Hostien. Henric. Boich. Butr. Cardin. & alii per cum allegati, licet verum sit minorem septennio aptum ad copulam non esse habilem ad Matrimonium, nisi districto illa, & doli capacitatis sit magna & sufficiens ad intelligendam vim consentus conjugalis, ut bene advertit Abb. in d. e. *Continebatur* n. 6. ubi concludit, cum puella minore septennio,

- 39 Matrimonium institutum est a Deo primo in officium naturae & post lapsum in infirmitatem rediit.
- 40 Aetatem praevenerit succurrendum est nuptiarum remediis propter periculum fornicationis.
- 41 Matrimonium puella cujus malitia aetatem supplet, impediri non potest absque peccato.
- 42 Impossibile dicitur quod fieri non potest de jure communi sed tantum ex dispensatione Papa.
- 43 Licentia contrahendi Matrimonium ante aetatem pubertatis ubi malitia supplet aetatem non censetur adempta Ordinarii ex eo quod Sedes Apostolica super hoc dispensari concesserit.
- 44 Papa est Ordinarius singulorum & universalis Ecclesia Episcopus.
- 45 Ac si aliquid faciat de plenitudine potestatis inferioribus non prejudicat.
- 46 Gregorius XIII. responsum petenti dispensationem ad Matrimonium impuberis.
- 47 Matrimonium inter puberem & impuberem contractum servata forma Concilii est nullum, nisi malitia suppleat aetatem, nec per cohabitationem & copulam ratificari potest.
- 48 Sponsalium nullitatis non obstat clandestinitas & n. seq.
- 49 Matrimonium per verba de praesenti inter puberem & impuberem contractum non servata forma Concilii Tridentini valet in vim sponsalium.
- 50 Sponsi impuberes facti puberes cogi non possunt per cohabitatum ad contrahendum nec verba de praesenti.
- 51 Nisi sponsalia fuerint jurata.

quantumcumque fuerit cogita non dici Matrimonium contractum, quia non videtur habere consentum aptum ad discretionem quod sit Matrimonium, nisi multum esset doli casus & discretus, & sequitur ibidem Prepos. n. 3. Angel. Silvestr. & Covarr. supra citati.

Secundo nota ad hoc ut malitia suppleat aetatem non requiritur, ut carnalis conjunctio actualiter praesens sit, sed sufficienter aptitudinem ad copulam, quod efficaciter probat haec Decretalis in illis verbis. *Si ita fuerint aetati proximi ut poterint copula carnali conjungi, separari non debent, cum in eis aetatem supplevisse malitia videatur*; & tenent hic Bernard. Godfred. Innoc. & Abb. Antiqui quos sequuntur Joan. Andr. num. 3. Abb. Sicul. n. 4. Prepos. n. 1. Alexan. de Nervo n. 8. & gloss. in cap. *senior*, in verb. *suppleat*, infra eodem lib. 6. & ex recentioribus Menoch. de arbitrat. indic. c. 15. n. 8. pro hac parte consultat Cardin. Zabarr. cons. 4. *Legis aetatis* ubi reprobat contraria opinione, late deducit ad hoc non requiri copulam actualem, sed sufficere ut puella sit proxima pubertati, & magnitudine vitae pubertatem praese ferat.

Verum Hostien. hic n. 8. exponit verba illa, *potuerint copula carnali conjungi*, id est de facto se conjunxerint, existimans propterea ad hoc, ut tenent Matrimonium inter minores & malitia suppleat aetatem, oportere ut carnaliter se cognoverint, sed quod coeundi potentia ante aetatem legitimam aliter probari non possit, quam per actualem copulam. Idemque aetate ipsam sentit Tancred. quibus videtur adhaerere Henric. Boich. n. 2. & Petr. de Anchar. num. 5. & D. Antonia. part. 3. tit. 1. cap. 19. in princip. col. 3. ante vers. *Et quia secundum*.

Sed certe Hostien. expositio infert vim litterae, quae hanc non considerat actuali conjunctionem, sed an minores sint ita aetati proximi, ut potuerint carnaliter commisceri; & sic supponit aptitudinem ad copulam posse aliter probari, quam per actualem conjunctionem, alia enim non proximitatem, sed copulam illam ponderaret. Item hanc expositionem est contra textum in c. *Puberes*, supra eodem, ubi puberes ad Matrimonium apti definiuntur esse, qui ex habitu corporis pubertatem ostendunt & generare jam possunt. Et ita textus considerat non actualem conjunctionem, sed habitum em corpus, & generandi potentiam. Idem probatur in c. *Proximo*, infra eod. ubi natus ad copulam cum consensu adhibito prope aetatem legitimam sufficit ad Matrimonium. Item pro hac parte sunt textus infra in cap. *fin.* Et aperit in c. *senior*, §. 1. infra eod. lib. 6. & hinc est veritas, ut inquit Anton. de Butr. hic n. 5. vers. *Innocentius*, & Abbas tenent primam, quam efficaciter ratione probat gloss. Joan. Andr. in d. e. *senior*, §. 1. in verb. *Suppleat*, infra eod. lib. 6. Vnde, inquit, quod puella proxima pubertati cognita sit a pluribus; & similiter proxima pubertati plures cognoverit, & deinde illa ab ipso desponsatur & traducatur, quis habet dixerit ipse posse resistere? Certe nullus secundum eum.

Petr. de Anchar. hic n. 5. conciliando opinionem sic distinguunt. Aut puella a viro traducta apparet virgo, & quantumcumque pilositas, & alia signa pubertatis appareant, nihilominus puella resistere potest si nondum compleverit annum duodecimum, per cap. *Continebatur*, §. *Si autem ju-*

Secundū nota hic, *Vel alia verba.* Sponsalia de presenti contracti posse non tantum per verba coniecta, que habentur in littera, & in c. Licet infra de spons. dicitur videlicet. Ego te in meam accipio, & Ego te accipio in meum, sed etiam per alia verba coniecta, veluti si vir dicat, promitto te pro conjugio tenere, vel in uxorem habiturum, ut sunt iura clara in cap. Ex parte supra eod. & in cap. Si quis 30. quæst. 5. & licet notat gloss. in ver. alia, Innoc. in fine, de Abb. n. 4. in ver. Vel alia verba. Idem si dicat, Nolo nisi te in meam uxorem. Hæc enim verba sic debent intelligi, id est; Volo te & non aliam in uxorem, & hoc inuit verbum, Volo, quod est presentis temporis, ita Speciali. in tit. de sponsal. §. i. n. 5. ubi n. 6. ponit plura exempla his similia, de quibus plene notatur per Joan. Andr. & Doctores in cap. Ex litteris il primo, supra eodem. Nec requiritur, ut ambo sint concorditer in forma verborum, sed satis est, ut quomodo exprimitur substantiam consensus de presenti, idcirco si vir dicat, Accipio te in meam uxorem & mulier respondeat, Placeat, vel consentio, erit Matrimonium, quia non refert quid ex æquipollentibus fiat, secundum Holt. hic in primo. in ver. Consensum, Joan. Andr. n. 3. in ver. hic n. primo. n. 5. Abb. Sicul. n. 7. & alios communiter. Unde similiter si mulier dicat, Do tibi corpus meum in legitimam conjugem, contrahitur Matrimonium, licet vir non repetat, Do tibi corpus meum in legitimam virum, secundum Abb. Ant. hic in fin. dicentem sic se vidisse his iudicari.

7 Tercio nota hic, *Etiam si carnalis copula subsensu;* Primum Matrimonium ratum prævalere secundo etiam car-

nali copula consummato, ut hic est casus, & in d. c. Licet infra de spons. dicitur. Et utrobique notant in sumario tenent Joan. Andr. Butr. Card. Abb. & omnes, rationem reddidit Barbol. in rubr. ff. solut. Matrim. part. 2. n. 85. quia cum ex primo Matrimonio dominium corporis ad potentiam copulæ sit translatum in uxorem, non potest conjug, qui iam non est dominus sui corporis, illud in aliam uxorem transferre ad eandem potentiam copulæ, argum. cap. Quod autem supra de iure patr. & sic non obstat regula l. Quæstus, C. de rei vendicac. ubi ille est potior in domo, cui res prius traditur, licet alius in titulo prævenit, ut hic per Baldum. Ultimo nota hic, *Sive verba Similia.* Sponsalia de futuro non tantum contrahi posse per coniecta verba, que habentur in textu, videlicet; Ego te recipiam in meam; & Ego te in meam, sed etiam per alia his similia, seu æquipollentia, ut hic per Holt. n. 1. in ver. similia; id est, per verba exprimentia consensus non de presenti, sed de futuro; & hæc secundum Abb. n. 2. recte & proprie dici possunt sponsalia, quia quis spondet, seu promittit se futurum maritum vel uxorem; sponsalia vero de presenti improprie dicitur, quia respectu vinculi matrimonialis, sed possunt appellari sponsalia respectu executionis Matrimonii, quia uterque spondet futurum Matrimonium executionem, & ita uxore ante carnalem copulam & traditionem ad domum viri, multis in locis appellatur sponsa, ut per cum ex hoc inferentem ad statuta odiosa loquentia de uxore, ut huiusmodi sponsam non comprehendunt, sequitur Alex. de Nevo n. 8. fed tunc videt text. in c. Qui desponsatam 27. quæst. 2.

# DE DESPONSATIONE IMPUBERUM.

Homilia Eusebio Episcopo.

## CAPUT I.

**T**ua nos fraternitas requisivit de filio adulto, quem pater Matrimonium vult contrahere, si sine voluntate adulti filii facere potest. Ad quod dicimus, si aliquo modo non consentit filius, fieri non posse. Potest autem filium nondum adultum (voluntas cuius discerni non potest) pater, cui vult Matrimonio tradere. Et postquam filius pervenerit ad perfectam ætatem, omnino debet hoc adimplere.

### SUMMARIUM.

- 1 Sponsalia contrahit pater pro filio impubere, sed non pro pubere, nisi consentiat.
- 2 Sufficit tamen ut filius consentiat expresse, vel tacite, verbo, vel facto.
- 3 Matrimonium à patre contractum pro filio ante pubertatem consentiente valet ut sponsalia de futuro, sicut si filius nullo modo consentiat.
- 4 Matrimonium quandoque accipitur pro sponsalibus de futuro.
- 5 Sponsalia potest pater contrahere pro filio infante.
- 6 Quod intelligitur de facto & ex quodam honestate, nam verè ex illis quoad ipsum filium nulla oritur obligatio, nec publica honestatis iustitia.
- 7 Sponsalia pro infante à parentibus contracta post ætatem legitimum tenentur, filius adimplere ex debito honestatis, non necessitatis.
- 8 Declaratur, n. 14. & 15.
- 9 Pater cogere non potest filium invitum nubere, sed filium potest, secundum leges, nisi dederit ei turpem sponsum, vel moribus indignum.
- 10 Secus secundum Canones.
- 11 Dispensatio an filio invito patre sit concedenda super impedimento publica honestatis in primo gradu ex Matrimonio rato non consummato, & n. seqq. usque in fin.
- 12 Matrimonia invitis parentibus contracta, quamvis sine valida, tamen improbantur ab Ecclesia, & n. seqq. us-

- que ad n. 23.
- 12 Virginalis pudoris non est Matrimonium eligere, sed iudicium parentum exspectare.
- 13 Filia nubens invitis parentibus mortaliter peccat.
- 14 Saltem si ex iusta causa contradicant, & filia non habeat legitimam causam non obediendi.
- 15 Matrimonium à filio familia contractum sine consensu parentum, de iure civili non valet.
- 16 Secus de iure Canonico.
- 17 Filia nubens ante annu vigesimum quintum invitis parentibus, secundum leges potest ab eis exheredari.
- 18 Et quid secundum Canones.
- 19 Matrimonia à filio familia invitis parentibus contracta, an iure Ecclesiastico irrita fuerint primis Ecclesiæ temporibus, & n. seqq.
- 20 Intellectus, cap. Alter, 30. quæst. 5.
- 21 Decretum Gratiani à Gregorio XIII. approbatur, ut pars corporis iuris Canonici.
- 22 Matrimonium ratum, non consummatum, non parit impedimentum affinitatis, sed publica honestatis iustitia, fortius tamen, quam ex sponsalibus de futuro.
- 23 Impedimentum publica honestatis, quod oritur ex Matrimonio etiam irrita ex alia causa, quæ ex defectu consensu & non consummato, non ius à Concilio Tridentino sublatur, sed durat in omnibus casibus & gradibus, in quibus ante oriebatur.

**T**ua. Pater pro filio impubere sponsalia contrahit, pro pubere vero non, nisi consentiat, Holtent. dicit tenendum Joan. Andr. cum quo concordat Butr. Card. Anchor. Abb. Alex. de Nevo, & Præpos. Haber tria dicta, secundum hic, Potest. tertium hic, & sequitur.

Nota primò hic, *Si aliquo modo non consentiat filius.* Patrem pro filio adulto nec Matrimonium, nec sponsalia contrahere posse, nisi filius consentiat Innoc. hic n. 1. & pondera illa verba *Aliquo modo*, que innuunt satis esse, ut filius consentiat expresse, vel tacite, verbo, vel facto, secundum

Holtent. n. 3. & Joan. Andr. n. 1. in ver. Aliquo modo, & est expellum in cap. unic. infra eod. lib. 6. Et pro adulto intelligitur cum, qui est habili ad consentiendum live sit puber, live impuber, hæc tamen differentia, quod si filius expresse, vel tacite consentiat ante pubertatem, Matrimonium se contractum valet iuris interpretatione, ut sponsalia de futuro, cap. final. infra, hic autem filius pubes, valet ut Matrimonium, ut hic per Butr. n. 4. circa medium, vixit. *To conclude*, sed si filius nullo modo consentiat, nec valet, ut Matrimonium, nec ut sponsalia, ut cum hæc nullitas sit ex defectu consentis, nec inde oritur publica honestatis iustitia, ut est textus in cap. Accessit infra eod.

Secundò nota hic, *Matrimonio tradere.* Matrimonium verbum quandoque accipit pro sponsalibus de futuro, per quæ ad Matrimonium pervenitur, ut hic per Joan. Andr. n. 3. in ver. Matrimonium.

Tercio nota hic, *Filius nondum adultum.* Pro filio infante posse patrem sponsalia contrahere, nam verba illa, *nondum adultum*, de minore septennio sunt intelligenda, secundum Ant. de Butr. in 2. notab. & Abb. n. 3. & probatur clare ex verbis immediate sequentibus, *Voluntas cuius discerni non potest*, que non conveniunt, nisi infanti, ut §. Virgilius in tit. de iustis sigillat. & l. Infanti, C. de iure delictandi. Ceterum quod hic dicitur, referri debet ad factum, & honestatem quandam, secundum quam pro filio infante, ex quo ejus voluntas discerni non potest, pater sponsalia contrahere potest spontem in ratificatione filii, secundum Abbatem hic d. n. 3. & Præpos. n. 1. vixit. Unde Panormitanus, sed rei veritate inspecta, & quoad iuris effectum sponsalia huiusmodi sunt ipso iure nulla ex defectu consentis, Ideoque quoad ipsum filium nullam inducunt obligationem, ut sunt iura clara in c. Ubi non est 30. q. 2. in c. Litteras, & c. seq. infra eod. & in c. unic. eod. tit. lib. 6. ubi expresse est, sponsalia amborum in factum, vel alterius tantum ad invicem contracta, vel qui parentes pro eis contraxerunt, uti nulla ex defectu consentis, publice honestatis iustitia non inducere, nec validari ex superveniencia majori ætate, nisi per cohabitationem mutuum, vel alias verbo, vel facto fuerint ratificata; quo textu aperte reprobat opinio Raymundi in Summa de sponsal. §. Pater quod, Petr. de Samp. & Abb. Antiq. hic n. 2. vixit. Dicebat Magister meus, qui per hæc Decretalem tenuerunt ex sponsalibus contracta à patre, etiam filio non consentiente, oriri iulium, & nitebantur hoc etiam probare ex c. Accessit ad fin. infra eod. quod tamen nihil facit, prout hæc notatur in gloss. ult. in d. cap. unic. cum qua transeat hic Scribentes.

Ultimo nota hic, *Omnia debet hoc adimpleri.* Sponsalia pro infante à parentibus contracta, post ætatem legitimum debere filium omnino adimplere, ut in littera, sed hoc intelligitur ex debito necessitatis, sed honestatis, prout intelligitur gloss. ult. hic, que allegat simile in c. 1. supra de testibus, exponitur enim verbum, *debet*, id est, decet, l. Cum oportet, & hic gloss. 1. in fin. Cod. de bon. qua liber. & cum gloss. concordant hic Abb. Antiq. in fin. Holtent. n. 11. in ver. Omnia debet, Joan. Andr. ad fin. in gloss. ult. Henric. Boich. Butr. Anchor. & Præpos. omnes n. 4. Cardin. n. 1. Abb. Sicul. n. 7. & Alex. de Nevo n. 13. Ex quibus patet hæc esse unanimes Canonistarum sententiam, quæ tamen videtur declaranda, ut dicam infra n. 15. & 16.

In glossa prima nota bene, distinctionem glossæ inter filium & filium; nam filium invitum pater cogere non potest ut aliquam in uxorem ducat, l. Filiusfamilias, ff. de spons. l. non cogitur, ff. de rit. nupt. quia nuptus coactæ & illicitæ exitus confueverunt habere, c. Reversus supra de spons. & §. 1. 31. q. 2. at de filia secus dicendum videtur secundum leges, quæ contradicere non potest, nisi indignum moribus, vel turpem sponsum pater ei eligat, ut l. sed qua patris, ff. de sponsal. ubi glossa prima ponit e. m. d. m. distinctionem, verum secundum Canones nec filiam pater, comp. elicit invitam, ut e. eod. locum, supra de spons. & cap. iusticiat 27. quæst. 2. Nec à Sanctione Canonum recedendum quidquid Leges Civiles jubeant, ut notatur in glossa margin. Verumtamen est filia, cogi non possit, tenetur tamen legi voluntatem perantem etiam secundum Canones, ut plene dicam in quæst. sequenti.

De facto questum est, an filius sit concedenda dispensatio, invito patre, super impedimento iulitatis publice honestatis in primo gradu ex Matrimonio rato non consummato.

Videtur respondendum, hæc dispensationem non esse concedendam, nam Ecclesie semper improbat Matrimonia que invitis parentibus contrahuntur, unde in Concilio Tridentino c. 1. sess. 24. de reform. Matrim. tenet dicitur dubitandum non esse clandestina Matrimonia libero contractantibus consenti facta & vera esse Matrimonia, quamdiu Ecclesia ex irrita non fecit, & proinde que dimittendi sunt illi; & hoc Sancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera & rata esse non putat, quippe falsè affirmant Matrimonia à hiis familiaribus sine consensu parentum contracta, irrita esse; & parentes ea

rata vel irrita facere posse, nihilominus Sancta Dei Ecclesia ex iustissimis causis semper illa derelicta esse atque prohibita. Hoc enim Decretum atque improbat Matrimonia clandestina atque contracta invitis parentibus, si intelligamus verbum illa referri ad Matrimonia utroque modo contracta, ad textum in lege pluribus in principio, ff. de verborum obligatione, Rota dec. 187 n. 7. ver. Et hoc denotat relativum illud part. 2. recent.

Id quod apertius colligitur ex pluribus Summarum Pontificum & Sanctorum Patrum Decretis, nam Evaristus Papa in c. Alter 30. q. 5. alter legitimum non sit conjugium nisi ab his qui super ipsam facinoram dominationem habere videntur & à quibus custoditur, uxor peratur, & à parentibus & propinquoibus sponsetur. Hormida in hæc Decretali quod est tantulum ex c. Tua q. 2. 31. statuit ut sponsalia à patre contracta, filius postquam pervenerit ad perfectam ætatem, tenetur omnino adimplere, Ambros. in c. Honoratus 23. q. 4. Non est virginalis pudoris maritum eligere, sed iudicium parentum exspectare; & infra si qua unius viri marito adolecentula loquamur in formatum, non tunc incidere, si voluit, tunc tantum in Domino, ut dicitur in mari parentibus desinat, ne appetentia provocacionis existimatur antea, si ipsa de voluntate electionem filii voluerit & in c. sequenti, de muliere in domo patris & in uxor postquam exiit que ad sponsalia iuramento se obligaverat, sic respondit, in antem ubi aulterit, contradixerit pater; & vixit & iuramento ejus irrita erant, nec obnoxia tenentur sponsalia, et quod contradixerit pater, Augustinus in c. Merito eod. cap. & quæst. Videtur etiam Apollolus de patre loqui, cum dicit *Servate virgines suam* &c. & plura Sacre Scripture testimonia ad hoc afferit Card. Bellam. lib. 1. de Sacram. Matrim. c. 1. pro-  
p. 3.

Ideoque filiam invitis parentibus nubentem mortaliter peccare, cum in re gravi illa injuriam inferat & contraveniat Precepto Divino. De parentum veneratione tradit Sotus in 4. dist. 28. q. 1. art. 1. in fine. Card. in Summa q. 171. p. 101. c. 1. not. 3. Navarr. in manual. c. 14. n. 15. ubi dat novum & singularem intellectum ad hæc Decretalem, quatenus habet filium non teneri ducere uxorem illam de qua assumenda præcitur pater, videlicet ut non solum debeat de honestate, sed etiam de nec sitate quoad effectum non peccandi, licet non quoad effectum, ut ad id cogi possit, Medina in Summa lib. 3. c. 14. §. 14. fol. 109. col. 1. Henr. lib. 11. de Matrim. c. 6. n. 6. Card. Bellam. lib. 1. de Sacram. Matrim. c. 19. pro-  
p. 3. & in fin. & Petr. Ledelm. de Matrim. q. 27. art. 6. dab. 2. ubi ait hæc esse sententiam Theologorum & Jurisperitorum.

Quod absque dubio procedit saltem, cum pater movetur 15 familie iniquitate, ut hoc casu vel alia iusta de causa, nec filius habeat legitimam causam non obediendi, ut post Gasp. de Cald. & Card. hic notant Alex. de Nevo n. 6. & Præpos. n. 5. Sanctus Bonaventura in 4. sent. dist. 29. q. 3. Navarr. in Manual. disto cap. 14. num. 15. Et multo magis si pater moveatur ad sedandas periculosas inimicitias aut ad vitanda scandala vel odia que inde probabiliter exoritur, Navarrus ibidem de alii apud Sanchez de Matrimonio, lib. 4. dist. 23. n. 11.

Nec est omitendum, de iure Civili irrita esse huiusmodi Matrimonia ut l. Nuptia, la secunda, ff. de ritu nupt. Nuptia consistere non possunt, nisi consentiant contrahentes, id est qui coeunt & quorum in potestate sunt. Et quamvis Jure Civile hæc in parte correctum sit à Jure Canonico, ut in Concilio tertio Tolerato, c. 10. relato in c. Hoc Sanctum, ubi glossa in verbo parentum 31. q. 2. c. iusticiat 27. q. 2. quod est Nicolai I. cap. Tuis supra de spons. & c. cum causa iustici de raptor. Inde tamen patet quam sint adverte communi bono & Republice tranquillitati cohabita inita reuenticibus parentibus. Unde has nuptias iustus non habet dicit Julianus in lege Nuptia, cod. de Nupt. & Instit. eod. tit. in prime. statuitur ut si filifamilias sint, consentium habeat parentum, nam hoc fieri debere & civilis & naturalis ratio luadet in tantum ut iustus parentis præcedere debeat.

Et præterea leges Civiles que sanxerunt filiam nubentem ante annum ætatis vigesimum quintum invitis parentibus, posse ab eis exheredari, ut in Authent. Ut cum de appellat. cognosc. §. si alieni eod. 8. non sunt correctæ à Sacris Canonibus secundum opinionem Calder. in c. 1. de clandest. de-  
spons. & post Abbatem antiquum & Joannem de S. Georg. tradit Felin. in c. Ecclesia Sancta Maria n. 59. de Consi. Bald. in c. Tenor. in fine de sent. & re iudic. & in l. Omnes ad finem, cod. ad Senatus Consult. Tert. & ex Theologis Sor. in 4. dist. 29. q. 1. art. 4. ad 4. & Molin. lib. 1. de Just. & Jur. tract. 2. dist. 176. fol. 1043. Et quamvis hæc sententia non transeat absque difficultate nec desine contradicere, tamen quod ad rem nostram pertinet, fati est ut inde etiam colligatur quam debeat filios abhorere à nuptiis, quibus parentes reluctantur, cum hæc referatur inter ingratis iudicis causas, ut hic notat Goffredus solutus à Joanne Andrea n. 8.





DE CLANDESTINA DESPONSATIONE.

Alexander III. Belvacen. Episcopo.

CAPUT II.

Quod nobis: & infra. Si Matrimonio ita occulte contrahantur, quod exinde legitima probatio non appareat, ii qui ea contrahunt, ab Ecclesia non sunt aliquatenus compellendi. Verum si personarum contrahentium hoc voluerint publicare, nisi rationabilis causa præpediat, ab Ecclesia recipienda sunt & comprobanda, tanquam à principio in Ecclesiæ conspectu contracta.

SUMMARIUM.

- 1 De Matrimonio occulto non iudicat Ecclesia, sed illud publicatum approbat.
- 2 Matrimonium clandestinum quot modis dici possit & num. seqq.
- 3 Occultum dicitur quod factum est coram paucis.
- 4 Matrimonium clam contrahentes non sunt cogendi simul cohabitare, si alter, vel uterque Matrimonium iustificet & alia probatio non appareat.
- 5 Confessione conjugum standum est super Matrimonio iam contracto.
- 6 Et proles ante publicationem susceptæ pro legitima est habenda.
- 7 Nisi agatur de præiudicio alterius Matrimonii publicè contracti.
- 8 Et quid post Concilium Tridentinum num. 19.
- 9 Filias natas ex secundo Matrimonio publicè censetur legitimas, non autem natus ex primo clandestinum.
- 10 Matrimonium publicum an præiudicet clandestino, si antea factum sit, & clam contractum, & habeant pro se unum testem cum fama & num. seqq. usque ad num. 20.
- 11 Testis unus cum fama non sufficit probare.
- 12 Probatio per unum testem cum fama comparatur per plures probationes etiam de tempore citari.
- 13 Probationes se invicem non collidunt, nisi sint oppositæ, & incomparabiles & num. 17.
- 14 Contraria mutuo se expellant, & vincit quod est potentius.
- 15 Probationes si sint contrariæ, fortius prævalere debet, & minor pro non facta habetur.
- 16 Probatio per duos testes de viâ præfertur contrariæ probationi per unum testem de viâ cum fama.
- 17 Probationi prima præsumptiva standum non est in præiudicium secundæ probationi veræ.
- 18 Declaratio retrotrahitur ad principium a his declarati.
- 19 Matrimonium clandestinum de iure communi valida erant.
- 20 Sæcui post Concilium Tridentinum.
- 21 Matrimonium ex Concilio Tridentino qua forma sit contrahendum, ibidem.
- 22 Matrimonium non consummatum sortitur naturam ex Constitutione Ecclesiæ.
- 23 Impedimenta Matrimonium dirimentia posse consisti ab Ecclesia, est de fide.
- 24 Ecclesia potest quosdam inhabilitare ad Matrimonium contrahendum.
- 25 Matrimonia clandestina quas ob causas Ecclesia irrita fecerit.
- 26 Licentia Parochi an debeat esse specialis ad Matrimonium contrahendum, an vero sufficiat generalis & numer. seqq.
- 27 Vicarius temporarius Parochi est Ordinarius.
- 28 Vicarius qui committit, censetur in totum committere.
- 29 Expressum dicitur etiam quod verbis generalibus exprimitur.
- 30 Licentia tacita ad Matrimonium contrahendum non sufficit & num. seqq.
- 31 Coadiutor Vicarii Parochi potest Matrimonia interesse,

- 32 & alius dare licentiam ut intersit, vers. Præpositus. Licentia Parochi data contrahentibus adhibendi quem maluerint Sacerdotem, iustici ad validitatem Matrimonii, ibidem vers. An licentia.
- 33 Matrimonium contractum in Parochia mulierum coram Parocho viri, & de converso an sit validum & num. 36.
- 34 Et quid si contractum fuerit in Parochia mulierum coram Sacerdote non Parocho, sed habente licentiam à Parocho viri, præsertim si Parochia sint in diversis Diocesis, & n. seqq. usque ad n. 39.
- 35 Parochus potest audire confessiones Parochianorum extra Parochiam.
- 36 Parochus alterius ex contrahentibus potest intervenire celebrationi Matrimonii in aliena Parochia.
- 37 Jurisdicchio etiam voluntaria non potest exerceri extra territorium quando est concessa ab inferiore à Principe, ibid. & n. 46.
- 38 Sacerdos licentiam obtinens à Parocho, interveniendi Matrimonio dicitur habere auctoritatem à Concilio & non à Parocho & n. 42. & seqq.
- 39 Vicarius Episcopi habens facultatem conferendi beneficis, potest ea conferre etiam extra Diocesium.
- 40 Matrimonium contractum coram Sacerdote de licentia Parochi contractum extra illius Parochiam, an sit validum, necne & n. seqq. usque ad n. 48.
- 41 Parochus in Matrimonio nullam jurisdictionem exercet, sed presentiam exhibet ibidem.
- 42 Matrimonium contractum coram Parocho utamque contradicente, valet.
- 43 Testium presentia non circumscriptur territorio sicut jurisdictioni.
- 44 Electio non adscribitur eligenti, sed potius tribuunt facultatem eligendi.
- 45 Licentia supposit potestatem habitalem in eo cui conceditur.
- 46 Episcopus de Diocesi licentia ordinat sum subditum extra Diocesium iure proprio, non iure concedentis licentiam ibidem.
- 47 Vicarius Episcopi jurisdictionem ordinariam dat lex, non Episcopus.
- 48 Vicarius Parochi potest audire confessiones Parochianorum etiam extra Parochiam.
- 49 Matrimonium cum sola presentia Parochi sine consensu, aut alio ejus ministerio, & coram duobus, vel tribus testibus an valet & n. seqq. usque ad n. 55.
- 50 Requiritur ut Parochus sit adhibitus, num. 54. vers. Cave tamen.
- 51 Parochus an sit minister Sacramenti Matrimonii.
- 52 Matrimonium in lege Evangelica est Sacramentum, ad cuius essentiam requiritur materia, forma & minister.
- 53 Matrimonium clandestinum ante Concilium fuit vatum & verum Matrimonium & Sacramentum, & contractum offerre est periculosum in fide.
- 54 Matrimonii Sacramentum quomodo habeat minister.
- 55 Sacramentorum immutatio spectat ad solum institutorem Christum.
- 56 Parochus adhibetur Matrimonio ut testis autor capitis.

De Clandest. despons. c. Quod nobis.

- 1 Quod nobis. De Matrimonio occulto non iudicat Ecclesia, sed illud publicatum approbat. Hoc dicit secundum Anton. de Butr. Alexandrum de Navo & Præpositum. Vel aliter secundum Abbatem in harenso litteræ. Qui Matrimonium clandestine contraxerunt, alio vel utroque negante non apparente exinde legitima probatio simul edubitate ab Ecclesia non compelluntur, sed si illud publicaverint tanquam in conspectu Ecclesiæ factum comprobabitur, nisi rationabilis causa subit quæ impediatur. Ponit duo dicta secundum huc Verum.
- 2 Nota primo hic occulte contrahuntur secundum Alexandrum de Navo n. 2. duobus modis dici posse Matrimonium clandestinum. Primo scilicet, quando ita est occultum ut nullatenus probari possit. Secundo, quando est quidem occultum, sed non ita, quin possit probari per testes; & hoc modo dicitur clandestinum, id est non publicum, licet probari possit; & hoc voluit Innoc. in c. præcedit in prin. ubi exponit verbum clam id est non publicè, sed tamen tot fuerunt presentes quot sufficunt ad probationem. Sic ergo quod factum est coram paucis, dicitur occultum seu clandestinum, ut notat glossa in c. Vestra in verbo occultum de cohabit. Cler. vel mulier. Facit c. Inquisitionis, §. fin. & quod hic notat glossa in verbo Dicitur paucorum de accusat. & in c. Ur nostrum in verbo occulta ad Eccles. benef. sed hodie substat hac distinctione, tu dicitur Matrimonium dici clandestinum quod non apparet contractum servat formam à Concilio Tridentino præscriptam in c. 1. sess. 24. de reform. Matrim. ut plenius dicam infra in ult. not.
- 3 Secundo nota hic non sunt aliquatenus compellendi, clam contrahentes Matrimonium non esse cogendos ut simul cohabitent secundum glossam primam vel se. pro conjugibus habeant secundum Innoc. in prin. si alter vel uterque Matrimonium iustificet & alia probatio exinde non appareat, & ita hic est casus secundum Abbatem, Alexandrum de Navo & Præpositum. Ratio est, quia Ecclesia non iudicat de occultis, c. erubescant 22. q. 5. & paria sunt non esse vel non apparere, ut in l. In lege de l. Rationis pilla, ff. de contrah. emp. unde hoc casu dici potest, deficit probatio, sed non ius, l. Duo sunt Titii, ff. de testam. tutor. secundum Ancharam hic in 1. not. & vide bonam glossam in summa 30. q. 5. Quin imò se contrahentes potius sunt ab invicem separandi, quia talia presumuntur contubernia & stupra, & in hunc sentum intelligit textum in cap. aliter eodem casu & questione, ut hic in glossa prima & per Hostienem in principio, in verbo Legitima probatio & in verbo Compellendi & Butr. numero octavo.
- 4 Tertio nota hic si persona contrahentium hoc voluerint publicare, standum esse confessioni & simpliciter verbo utriusque conjugis super Matrimonio clam contracto, & perinde illud habendum esse ac si in facie Ecclesiæ contractum fuisset, ut in textu; & notant Abbas in 2. not. Alexander de Navo n. 4. & communiter Doctores, adeo ut proles ante publicationem susceptæ pro legitima sit reputanda, secundum ea que notantur in c. cum nobis, infra qui fil. sit legit. & hic firmant post antiquos Abbas & Alex. de Navo loc. cit. & Præpos. n. 3.
- 5 Hec tamen conclusio limitari debet, nisi agatur de præiudicio alterius Matrimonii publicè contracti, quia tunc credendum non esse simpliciter assertioni contrahentium, nisi Matrimonium clandestinum aliunde probaretur, c. Super eo, qui cognovit conjug. uxor., & hic tenet gloss. 2. in quarta sentent. dist. 19. quatenus in fin. hic vel alius, & aperte declarant Innoc. in verb. Rationalis, Host. num. 1. in eodem ver. Joan. Andr. in fin. Abb. num. 1. & communiter Doctores, ut attestat Præpos. n. 2. Quod adeo verum est ut si filius natus sit ex Matrimonio clandestino, deinde natus sit filius ex alio Matrimonio publicè contracto, secundum censetur legitimus & primus illegitimus quoad Ecclesiam, que de occultis non iudicat, secundum Gaspar. Calder. quem hic sequitur Alex. de Navo in 3. qu. Quin imò secundum Vincentium hic, Matrimonium manifestum semper præiudicat clandestino prius contracto licet habeat pro se unum testem cum fama, quod Gaspar. Calder. dicit esse bene notandum & hoc tenet Butr. n. 9. & communiter Doctores, ut testatur Alex. de Navo n. 11. & Præpos. n. 4. Sed Cardin. in 1. quæst. tenet oppositum, quia unus testis cum fama facit plenam probationem, ut est text. cum glossa, in verb. Vanitas. in cap. 1. de appellat. & notat gloss. & Innoc. in c. Veniens, §. primo, de testib. Bart. plene in l. De minore, §. Tormentis n. 30. ff. de quaest. Speculat. in tit. de not. crimin. §. Fama 2. vers. Quid agente. Unde ut inquit Cardin. si per unum testem de fama constat de Matrimonio clandestino prius contracto, recedat dicitur non fuisse contractum clandestinum vel licet ex quo constat nunc de ipso, præfertur Matrimonio postea publicè contracto.
- 6 Verum Abbas hic n. 6. vers. Sed salvando, tenet primum dictum Vincent. quia ubi alia probatio aperiore concurre eum fama & uno teste, tunc est standum probationi clariori Fagnan. in IV. Lib. Decretal.

& meliori, licet testis & fama deponat de tempore anteriori & subdit hoc esse dictum satis notabile, quia si quis probat per unum testem de fama de suo titulo anteriori, alius vero probat per testes aperiore de suo titulo citeriori, iudicandum est secundum probationem clariorem. Idque Alexan. de Navo n. 13. dicit esse perpetuo notandum, quia multum limitat notata per Doctores in c. Licet casum de probat. & per Butr. in l. Si duo, ff. Uti possit. & subdit Præpos. Ho n. 3. vers. Et idem infert. (Quod si hoc habet locum in Matrimonio, in quo exitur de majori periculo, quanto magis in temporalibus?) Et hanc partem videtur sequi Host. in Summa hoc tit. §. Verum Clandestina.

Sed certè opinio Abbatis non transit sine difficultate, quia tunc probatio plena consistit & qualitas à plenioribus, quando probationes sunt invicem oppositæ & incompatibiles, adeo ut conciliari non possint, puta quia sunt super articulo directè contrariis, de iisdem personis & actibus & de eodem instanti tempore, iuxta text. in Clem. 2. junctâ gloss. in ver. Directè contrariis, de testibus. Hæc enim est natura contrariorum, ut mutuo se expellant, c. Majoris, §. Item quaritur sup. de Baptis. Clem. Gratia de rescript. leg. Pomarum, §. Sed & in, ff. de procurat. l. Sed si pupillo, §. Si Insuper, & hic gloss. in eadem verb. ff. de Insuper. actioe & vincat quod est potentius, l. Generaliter, ff. de fidejussor. l. Si duo, ff. de solut. cap. Si vir 27. dist. 8. c. Jeannium 86. dist. 1. cum similib. Unde est probationibus contrariis fortius prævalere debet, quia minor pro non facta habetur Natra conf. 173. Quoniam contra in fin. Grat. conf. 6. n. 23. lib. 2. Et sic probatio per duos testes de viâ præfertur contrariæ probationi per unum testem de viâ cum fama, ut per Socin. conf. 270. Consideratis, n. 3. lib. 2. At locus est, si probationes non sint ita contrariæ, quin possint distinctione conciliari, quia tunc non refert utra sit potentior, nec attenditur major vel minor numerus testium quia se invicem non collidunt, ut declarat Baldus conf. 180. Tres sunt casus n. 2. & 3. lib. 5. Hoc autem casu probatio Matrimonii clandestini per unum testem cum fama & probatio Matrimonii publicè contracti non sunt oppositæ cum percuciant diversa tempora, secundum gloss. præalleg. in d. Clem. 2. Ergo se invicem non evincunt, sed utraque retinet suam vim, nisi probatio primi Matrimonii offerat solum præsumptiva & probatio secundæ effect veræ, quia tunc non statetur primæ in præiudicium secundæ ut notat glossa a. in §. His ita respondetur 30. qu. 5. & Gemin. conf. 27. Super dubio n. 3. Socin. loc. cit. ad text. in d. c. Super eo infra de eo qui cognovit conjug. uxor. sue; & præterea hic non statuitur confessio conjugum super Matrimonio clandestino in præiudicium Matrimonii publicè contracti, ut dixi supra n. 7. Circa hoc tamen latius non insisto, quia cum hodie Matrimonium clandestinum sit irritum, ut dicam infra in ult. notab. etiam plenissime probaretur, nunquam præiudicaret Matrimonio in facie Ecclesiæ contracto.

Quarto nota hic, tanquam à principio, declarationem retrotrahi ad principium actus declarati, ut hic patet, & est simile in c. Fraternitatis, infra de frigi. & malefic. cum aliis hic allegatis in gloss. ult. Ena enim est natura declarationis, ut aliquid novi inducat, sed quod prius latebat, manifestet, ut l. Hæredes salum, §. Sed est notam, ff. de testam. & tradit Gemin. conf. 71. Quia articulus num. 1. & Philippus Probus plura cumulat in addit. ad Monach. in cap. 1. n. 1. de privileg. lib. 6. & scripsit latissime in cap. Quoniam à n. 15. supra de Constitut. idemque impossibile est declarationem non trahi ad præterita, ut in Authen. de fil. autem dicit. instrum. nat. §. 1. l. Affe toto, ff. de hered. institut. & tradit Decius in d. c. Quoniam n. 44. & hic dixi, n. 45. & 53.

Ultimo nota hic, recipienda & comprobanda, Matrimonia clandestina hoc iure inspecto esse valida non tantum quoad Deum, qui nec fallit, nec fallitur c. A nobis, §. secundo infra de sentent. excomm. sed etiam quoad Ecclesiam, si de illis constat, vel per confessionem utriusque conjugis vel per alias legitimas probationes, ut patet in text. & in §. Sed obijciat & §. His ita respondetur 30. qu. 5. & hic tenet gloss. ult. Innocentius & Abbas Antiqui in prin. Hostienis in fine Butr. in 1. notab. & n. 5. Cardin. in principio & num. 1. & communiter omnes.

Hoc tamen, ut prædixi, vendicat sibi locum hoc iure inspecto, sed hodie qui aliter, quam presente Parocho vel alio Sacerdote, de ipsius Parochi, seu Ordinarii licentia & duobus vel tribus testibus Matrimonium attentant, eos Sancta Tridentina Synodus ad se contrahendum omnino inhabiles reddit & hujusmodi contractus nullos & irritos esse decernit, ut differis verbis instituit in decreto de reformatione Matrimonii sess. 24. c. 1. Porro Matrimonium non consummatum sortitur naturam ex Constitutione Ecclesiæ, ut declarat Doctores in c. Eo publico, de consens. confus. in c. Gaudemus & in c. Quando, de divorciis, quod constat ex quamplicitis impedimentis dirimentibus, quæ per Constitut.

tionem Summorum Pontificum inducitur ut patet supra in tit. de sponsal. & infra in tit. de consanguinit. & affinit. de eis, qui dant in Matrim. quam poss. per adult. qui Cler. vel vovet. de cognat. spirit. & alibi passim, Joan. Andri. post Host. in c. Is qui solum. 4. vers. Unde dicitur de sponsal. ubi tenet Papam per suam Constitutionem posse inhabilitare ad Matrimonium contrahendum eique obediendum esse in utroque foro, quia circa Matrimonium non consummatur sine Dei ostensione statueri potest quod placet. Nam est lex positiva Ecclesie non potest inducere Matrimonium sine consensu, potest tamen circa Matrimonium inducere novum impedimentum & antiquum Canonico tollere, c. Non debet de consang. & affinit. & c. pro. infra eod. & presupposito impedimento consensu contrahentium erit impeditus, Doctores in c. ult. infra de spons. duor. qui imo hanc conclusio hodie declarat esse de fide Catholica ab eodem Concilio Tridentino sess. 24. de sacram. Matrim. can. 4. Si quis dixerit Ecclesiam non potuisse constituisse impedimentum Matrimonium dirimitur vel in eis constitutis errasse anathema sit. Nec desunt rationes irrefragabiles per sacros Doctores Theologos in 4. sent. de sacram. Matrim. nam Matrimonium ratione qua est Sacramentum, pertinet ad Ecclesiam, sicut habetur in eod. sess. 24. de Doctrina Sacram. Matrim. & docet D. Thom. lib. 4. contra Gentiles, c. 78. & ideo Ecclesia disponit, sicut in ceteris Sacramentis de temporibus & ritibus eorum & sicut potest a Sacramento Ordinis arceri bigamos, homicidas & similes; sic etiam a Sacramento Matrimonii quos non iudicat esse conjugendos. Deinde in hoc Sacramento Ecclesia potest facere & declarare actum nullum, licet in quibusdam aliis Sacramentis id effici non possit, in quibus impeditur character, cum a voluntate humana non dependeat, sed secum afferant effectum & legitima intentione conferantur & suscipiantur, ut notatur in c. ult. infra de spon. quia Sacramentum Matrimonii ex voluntate humana efficitur. Et quemadmodum per excommunicationem potest effici, ut Sacramentum Penitentiae sit nullum & votum solenne similiter sit nullum si legitime suis legibus non fuerit peractum, sic potest effici per Ecclesiam legem vel Summi Pontificis Constitutionem, ut consensu ille, quo Sacramentum Matrimonii perficitur reddatur nullus, & non aptus ad contrahendum & sic talis contractus consequens sit etiam nullus, sicut ceteri cap. Cuius lex, cum hic notat supra de desponsal. quia cum per medium vis nature firmi essent humana lege infringuntur. Et quamvis Matrimonia clandestina olim valida essent, nihilominus Sancta Dei Ecclesia semper illa detestata est, atque prohibuit ex iustissimis causis, ut notatur in §. His ita respondetur, 30. qu. 5. & hic per glossam in Summa. Verum eum prohibentes ille propter hominum inobedientiam jam non prodeffent & gravia peccata committerentur, que ex iisdem clandestinis conjugis ortum habent; praeterea vero eorum, qui in statu damnationis permanent, dum priore uxore, cum qua clam contraxerant, relicta, cum alia palam contrahunt & cum ea in perpetuo adulterio vivunt, iure optimo S. Sinodus certam formam Matrimonii contrahendis praescripsit cum decreto irritante, in d. c. 1. sess. 24. de reform. Matrim. Circa hoc decretum contingit dubitare de pluribus.

27. Et primo, quoniam an idem decretum, quod parte disponit ut Matrimonia celebrari possint coram sacerdote de Ordinario vel Parochi licentia, exigat licentiam specialem, an vero sufficiat generalis omnia Sacramenta administrandi.

28. Videtur posse distinguere an Sacerdos celebrationi Matrimonii interveniat tanquam Vicarius temporaneus Parochi, an alter de eius licentia, ut primo casu valide praestet Matrimonii celebrandis suam praesentiam, quod in terminis Clem. 1. de privi. tenet hic gloss. communiter approbata in ver. Presbiteri, est enim Ordinarium ex notatis per Bart. in l. Nec quidquam, §. Ubi decretum il. primo num. 5. vers. Unde obstat, ff. de offic. Proconsul. & legat. & per Alexan. in l. More, in fin. ff. de iurisd. om. iudic. Et quamvis sit constitutus in locum ipsius constituitis, dicitur tamen de iure Canonico habere ordinariam iurisdictionem, ut idem Alexander tradit in rubr. de offic. episcopi, 27. qui eth loquatur de Vicario Episcopi, per c. Romana de appellat. lib. 6. & c. 2. de offic. Vicar. eod. lib. idem intelligi potest respectu de Vicario Parochi eo casu in quo potest Vicarium constituere, ut per Rebuff. in prox. benef. tit. Desponsat de non residen. n. 14. Quare tunc interit celebrationi Matrimonii ex officio, nec querendum est de licentia speciali, nam qui committit vices suas, totum conferat committisse, secundum Host. in Summ. de offic. de leg. in §. Quae delegari possunt num. 7. si vero interveniat tanquam alienus Sacerdos ex licentia tamen proprii Parochi iuxta decretum Concilii d. c. 1. sess. 24. de reform. Matr. dubitatur an sufficiat generalis licentia, & videtur non sufficere per ea que ex Decio conf. 36. Tiraquell. de legib. connubial. gloss. 7. n. 8. & alius. Pultremò congerit Menoch. consil. 183. vol. 2. ad

dendo text. in Clem. 1. de privi. & arg. c. fin. de procur. lib. 6. & doctrinam Cardin. in d. Clem. 1.

Contrarium defendi potest, quia alia captatoria esset talis licentia; nam si Sacerdos tanquam Minister potest alia Sacramenta & quidem digniore ministerio vigore generalis licentiae exercendi esse quae Curati officium pertinent, cur non Matrimonium, cui solam exhibet praesentiam? Ita arguit & concludit Navar. conf. 13. An Sacerdos, de clandestin. despons. Quod si secundum Card. necessaria esset specificatio ut potest se quod in materia Matrimonii, Eucharistiae & Extreme Unctionis, nimis restringeretur licentia; unde potius dicendum est generale licentiam idem operari quoad comprehensionem sui generis quod specialis, quoad species l. Si Charis, de legat. 3. Tiraquel. ubi supra, n. 89.

Non obstat adducta à Menochio, quod verb. Licentia, de qua Concilium loquitur in d. cap. 1. denotet consensum expressum, quia verb. Expressum, multipliciter sumitur, ut per Tiraquell. ubi supra, passim, ubi expressum dicitur, quod verbi generalibus exprimitur Bart. & Doctores in l. 1. §. ff. de vulgar. & testat. Tiraquell. loc. cit. num. 87. nec obstat verb. Licentia exire expressum & speciale nec obstat verb. Licentia exire in casu Menoch. super quo consultat S. Congregatio respondit expressam licentiam requiri, expressum sumi ad differentiam & exclusivem tacitae licentiae, quae praestendebatur ex eo, quod Canonici, qui Matrimonium celebraverat dicebant scientes & patiente Patriarcha, solus Sacramenta administrare. Similiter non obstat Clement. 1. de privi. quia praeterquam quod casus est diversus, potest retorqueri, hic enim, qui Summus Pontifex expressam & specialem licentiam ad solemnizanda Matrimonia requisivit, id expressum quod in Concilio non legitur factum casus, c. fin. de Procurator. lib. 6. non afficit, quia Sacerdos non contrahit.

Demum ita Sacram. Congregationem censuisse referunt Domiri de Rota despons. 750. n. 1. par. 1. diversorum.

Resolutiones Sacre Congregationis sunt infra scriptae.

Cum Parochus levi infirmitate detentus concessisset Praeposito licentiam exercendi concernentia cura officium, dubitatum fuit, an in ea Parochia valide contractum fuerit Matrimonium, cui Praepositus praedictus loco Parochi interfuit, Sacra Congregatio die 22. Junii 1581. censuit esse validum contractum praeposito licentia, seu commissione generali administrandi omnia Sacramenta, & licet alia declaraverit requiri licentiam specialem & expressam, tamen id intellexit in quodam Canonico, cui tacite permissa erat administratio Sacramentorum in Ecclesia Cathedrali, sciente & patiente Ordinario.

An ut Sacerdos, qui non sit proprius contrahentium Parochus eos Matrimonio conjugere possit, sufficit tacita licentia quae resultat ex tolerantia; Sacra Congregatio censuit non sufficere, sed requiri vel commissionem generalem administrandi omnia Sacramenta vel si haec non adfit specialem & expressam licentiam.

Praepositus Ecclesiae Arcaez inter cetera dubitavit, an cum ipse constituit Vicarium in dicta Ecclesia, posteaque illi dedisset coadjutorem de cuius licentia quidam Sacerdos Matrimonio contrahentes conjunxit, an Matrimonium hoc modo celebratum sit validum, Sacra Congregatio alias dixerat non sufficere ad validitatem Matrimonii licentiam tacitam quae resultat ex tolerantia, sed requiri vel licentiam generalem administrandi omnia Sacramenta vel si haec non adfit sit expressa & specialis. Item Rota dixerat in una Barchonensi. Vicarios temporales ad nutum amovibiles Parochialis Ecclesiae posse Matrimonia tanquam Parochos interesse. Ideoque in casu praesenti Sacra Congregatio censuit posse & Matrimonio interesse, & alii dare licentiam ut interit, huiusmodi que Matrimonia esse valida.

An licentia contrahentibus nominatim designatis à Parochio concessa in scriptis, ut Matrimonio inter se celebrando quovis Sacerdotem eorum arbitrio adhibere possint censetur sufficiens ad validitatem Matrimonii, cum alius Sacerdos vigore ejusdem licentiae interfuit. Die 15. Junii 1586. S. Congregatio censuit sufficere, mota praecipue doctrina Card. Zabarell. post Zenzel. Pauli & Stephan. in Clem. 1. de privi. num. 12.

Quaero secundo, Quid juris de infra scripta facti specie Antonius incola Villi Pontis Calaisi Paduane Diocesis, contraxit Matrimonium per verba de praesenti cum Catharina quae tempore contracti Matrimonii erat in villa d. Antonii licet domus sua habitacionis esset in alia Parochia. Et cum in huiusmodi Matrimonio adhibitus fuisset Parochus viri non mulieris, dubitatum fuit an esset satisfactum Trident. Concilio, quod cap. 1. sess. 24. de reform. Matrim. disponit Matrimonio proprium contrahentium Parochum adesse debere. Proposito hoc dubio in Congregat. generali, cui interfuerunt S. R. E. Cardinales Moronus, Perulinus; S. Prae-dictis, Gesualdus, SS. Quar. Alicantis, Senonens. Montanus, Albanus, Ritarius, Carafa, quinque, nempe Perul. Gesua.

Alic. Montal. Caraf. arbitrati sunt nullum esse Matrimonium non contractum coram proprio Parochio mulieris; alii lex tenere pro validate Matrimonii, nempe sufficere Parochum viri etiam in Parochia mulieris, quia Matrimonia voluntarie iurisdictionis sunt & quia Concilium nihil de loco expressit, & quia videtur Concilium voluisse praesentiam Parochi & relictum ad tollendam solam clandestinitatem; ad quod sufficit unus Parochus sive viri, sive mulieris.

Sandissimus audita relatione opinionum Congregationis approbavit sententiam sex Cardinalium pro validate Matrimonii & quod in futurum ita respondeatur nulla habita ratione alterius decisionis editae die 14. Decembris 1574. quia dictum fuit sufficere praesentiam solius Parochi mulieris, si in ejus Parochia Matrimonium contrahatur. Item sufficere praesentiam Parochi viri, ideoque si vir unus Parochia accesserit ad mulierem alterius Parochiae & secum duxerit suum proprium Parochum & eorum eo solo Matrimonium contraxerit sine licentia sui praesentia Parochi mulieris vel Ordinarii, Matrimonium esse nullum.

34. QUERITUR tertio; Posita decisione Sacre Congregationis Concilii, quod declaratum fuit validum esse Matrimonium contractum in Parochia mulieris coram Parochio viri & e converso, an etiam validum censeri debeat Matrimonium celebratum in Parochio, sed habente licentiam à Parochio viri, praesertim cum Parochia viri non sit in eadem Diocesi constituta, in qua Parochia mulieris existit.

35. Videtur respondendum esse validum, nam Concilium Tridentinum in c. 1. sess. 24. de reform. Matrim. ea tantum Matrimonia annullat, quae celebrata sunt aliter quam praesente Parochio, vel alio Sacerdote de ipsius licentia, ac duobus testibus, sed hoc Matrimonium habuit praesentiam Sacerdotis de licentia Parochi, quomvis in alia Parochia fuerit celebratum. Ergo satisfactum est forma Concilii nihil aliud, quam alternativè talem praesentiam requirerit, ut in hac specie arguit Rota despons. 750. n. 1. part. 1. diversorum.

Praeterea Concilium nihil de loco expressit, ergo ubicumque celebratur Matrimonium praesente Parochio, vel alio Sacerdote de Parochi licentia validum existit, quo argumento usus est Host. In summa tit. de panit. & remiss. §. Cui consistendum, vers. Et nonnulli extra territorium, ubi dicit valere confessionem, & absolutionem Parochi suorum Parochianorum confessionem extra Parochiam audientia eoque absolventis, quia Concilium Lateranense in c. Omnis utriusque, de penitentia, & remiss. nihil de loco expressit, quae opinio est communiter recepta, ut per Ripam in tractat. de peste, c. 8. n. 50.

36. Accedit, quòd S. Congregatio declaravit jam, Parochum alterius cui contrahentibus posse intervenire celebrationi Matrimonii in aliena Parochia, ergo etiam potuit Sacerdos, qui ab eo licentiam ad id obtinuerit, cum per Concilium quoad praesentiam in Matrimoniis praestandam requireretur Parochus & alius Sacerdos habens licentiam à Parochio.

Item cum iurisdictione voluntaria possit exerceri extra territorium l. 2. ff. de offic. Procur. DD. in c. Novus, de offic. Leg. & a fortiori hoc Ministerium penitentiae praestari poterit extra Parochiam, nempe, à Parochio, sed etiam ab alio Sacerdote de Parochi licentia.

Neque obstat si dicas hanc rationem posse retorqueri, quia verum est voluntariam iurisdictionem, quae competit iure proprio, vel quae delegata fuit à Principe exerceri posse extra territorium, sed fecus esse quoad iurisdictionem concessam ab inferiore à Principe, qui non potest exerceri extra territorium concedentis, ut ex Bart. & alii dicam infra num. 46. unde cum in dubio proposito Sacerdos interveniat ex licentia Parochi, & sic autoritate inferiori à Principe, non videtur posse hoc ministerio fungi extra Parochiam concessentis licentiam. Hoc inquam non obstat, nam praeterquam quòd verè in dubio proposito non agitur de iurisdictione exercenda, sed de extendenda nuda praesentia, ut dicam in seq. num.

39. Pro solutione est etiam considerandum esse inter se valde diversè delegari à Parochio ad praesentiam Matrimonio praestandam, vel eidem interesse de Parochi licentia, nam in primo casu actus gestus à Delegato fit nomine delegantis & ejus autoritate, c. Sane, de offic. d. legat. cum simi. In secundo vero actus ad quem licentia requiritur, non fit vice, & nomine concedentis licentiam, sed iure proprio, ut patet in Episcopo, qui licet extra Diocesim suum subditum ordinare non possit, c. Taurun. de usu palii, tamen cum, obtenta licentia, ordinat in aliena Diocesi, ordinat iure proprio & non iure alieno, non iure concedentis licentiam, nempe iure potestatis sibi ut Episcopo competens ut in c. Cum nullus, de tempor. ordinat. lib. 6. & alias in hac materia animaliterit S. Congregatio. At S. Sinodus non iussit, ut alius Sacerdos adhiberetur ad Matrimonii celebrationem delegaretur à Parochio; sed tantum ut ab ipso Parochio licentiam haberet, quali voluerit, ut quilibet Sacerdos conjuges in Matrimonio conjugere possit iure proprio, dum tamen licentiam habeat à Parochio, in cuiusmodi quae subditos hoc ministerium Concilii autoritate

praestiturus est, & ita videtur à Concilio tributa Sacerdotibus facultas huius ministerii praestandi, eidem competere autoritate legis licet propter praedictum Parochi, sine eius licentia in ejus subditos noluerit exerceri. Unde Parochus danti licentiam videtur potius praebere materiam, quam facultatem exhibendae praesentiae in celebratione Matrimonii, ut in alio proposito considerat Ripa in d. c. 8. n. 51. & per consequens cessat obiectum de iurisdictione habita ab inferiore à Principe extra territorium non excedenda, cum hae facultas exhibendae praesentiae sit concessa à lege, licet exerceri absque licentia Parochi minime queat.

Quod confirmatur, quia cum lex S. Concilii nominatim Sacerdotes ad id muneris deputer, & si requirit licentiam Parochi, deputatio Sacerdotis quam Parochus facit, videtur potius tribuenda legi concedenti facultatem deputandi, quam Parochio, qui deputat legis autoritate, argui. notab. per Bart. & DD. in l. Unum ex familia, §. Si de Volentia, de leg. 2. Quod vendicat sibi locum etiam in Vicario Episcopi, qui licet ab Episcopo deputeretur, autoritatem à lege dicitur habere, non ab Episcopo, Corin. conf. 48. n. 2. & 3. vol. 1. Ideoque tanquam legis autoritate deputatus, & à lege potestatem habens, licet Episcopus illum deputare sit inferior à Principe, tamen extra Diocesim potest beneficia conferre, Rota in antiquis despons. ult. de offic. Vicar.

Quaeritur quarto, An Matrimonium contractum coram Sacerdote de licentia Parochi contrahentium extra illius Parochiam, sit validum necne.

Primo pro solutione dubii supponendum est, Parochum, vel alium Sacerdotem, qui de ejus licentia celebrationis Matrimonii interit, nullam iurisdictionem exercere, & tantum exhibere praesentiam, ut per Navar. in tit. de sponsal. conf. 52. prope finem, secundum antiquam impressionem & secundum novam, conf. 4. in tit. de clandest. desponsat. Nam etiam Concilium Tridentinum in dicto cap. 1. sess. 24. de reform. Matrim. ad tollendam clandestinitatem voluit praeter duos testes adhiberi in celebratione Matrimonii Parochum vel alium Sacerdotem de ejus licentia tanquam personas autorizabiles, 40 nihil tamen validi iuris in illo actu habet, quam ceteri duo testes, qui una cum eis ex Concilio debent intervenire, quod patet ex illa decisione S. Congregationis, quae declaratum fuit valere Matrimonium contractum coram Parochio eumque contradicente. Itaque tam parochus, quam Sacerdos sunt nudi testes huius actus ex forma Concilii adhibendi. Nusquam verò cautum reperitur, ut facultas exhibendi praesentiam testimonii causa, territorio, Diocesi vel aliquo loco circumferretur, licet secus sit in iurisdictione, quae territorio cohaeret, l. fin. ff. de iurisd. om. iudic. cum similib.

Secundo, supponendum est Sacerdotem à Parochio deputatum habere facultatem sponso conjugendi; tum quia Concilium tribuit autoritatem deputandi, electio autem non acribitur eligenti, sed potius tribuendi facultatem, Bart. & alii in l. Unum ex familia, §. Sed si Volentia, de leg. 2. Tum quia ipsum Concilium Sacerdotes ad id muneris deputat, hic, Vel alio Sacerdote, de eis enim Concilium specialiter confidit, & eorum praesentiam autorizabilem putat, cum sit publice personae, l. 1. §. Paulinus, ff. de inst. & iur. Boldus conf. 285. vol. 3. vers. Opinio verb. Et quamvis postea idem Concilium subiecerit, de Parochi, vel Ordinarii licentia, non propterea sequitur quin Sacerdos sit deputatus à Concilio, & proprio iure Matrimonii celebrationi interesse valeat. Nam licentia supponit potestatem in eo, cui conceditur, licet absque illa ad actum legitime procedere non possit, ut constat exemplo Episcopi, qui est extra Diocesim suum subditum ordinare non possit absque Diocesiensi licentia si tamen eam obtinuerit, ordinat iure proprio, & non iure concedentis licentiam, ut dixi supra n. 37. Et ideo Concilium non dicit coram alio Sacerdote per Parochum delegando, quo casu vice delegati fungeretur, c. Sane, de offic. deleg. Decius in rubr. eodem tit. n. 44. Sed dicit coram alio Sacerdote de Parochi licentia, ut ostenderet à Concilio quidem Sacerdotem deputari, eique hanc facultatem legis vigore competere, sed licentiam à Parochio esse obtinendam. Et quamvis hae licentia sit merè facultatis, & à voluntate Parochi dependeat, tamen Sacerdos licentiam obtinens dicitur habere autoritatem à Concilio & non à Parochio, sicut dicitur de Vicario Episcopi, qui est ab Episcopo deputeretur, dicitur tamen Ordinarium, quia à Rege autoritatem habet, non ab Episcopo, Cornuus in praesallegat. conf. 48. n. 2. & 3. vol. 1. Ideo utcumque electus ab inferiore à Principe, nempe ab Episcopo, tamen extra Diocesim potest conferre beneficia, Rot. in antiquis, de ult. de offic. Vicar. Ex praedictis sequitur responso ad dubium, nam cum Sacerdos licentiam habeat à Parochio tanquam testis autorizabilis Matrimonio interveniat, in quacumque Parochia intervenire potest, cum facultas exhibendi praesentiam non terminetur territorio.

Nec obstat, quòd iurisdictione non potest exerceri extra territorium, quamvis sit voluntaria, quando est concessa ab inferiore à Principe, Bart. & Bald. in l. fin. ubi etiam Dec.



32 q. 6. ff. de iurifid. om. judic. Primum, quia non versatur in jurisdictione, sed in exhibitione nudæ presentie. Secundo quia hanc facultatem in Sacerdos habet à lege Concilii & non à Parocho, ut dictum est, Ideoque à Parocho, potius videtur præberi materia, scilicet Parochiani, quorum Matrimonio interesse possit, quam interessendi facultas. Et propterea idem Sacerdos uti faciens actum iure proprio, ubique poterit Matrimonio interesse habita Parochi licentia, ut in simili de Vicario Parochi, ut possit audire confessiones Parochianorum extra Parochiam, per prædictam rationem, dixit Ripa in tract. de post. cap. 8. n. 53.

48 Quæritur quæritur, An matrimonium cum sola presentia Parochi absque consensu, aut alio ejus ministerio coram duobus aut tribus testibus celebratum ex decreto Concilii sess. 24. c. 1. de reform. Matrim. irritum sit, necne.

49 Pro solutione quæritiois videtur examinandum qua ratione Parochi presentia in contractu Matrimonii requiritur, An tanquam Sacramenti minister, vel auctoritatem præstantis, vel potius ut testis.

50 Et cum Matrimonium in l. Evangelica sit Sacramentum, ad cuius essentiam requiritur materia, forma & minister cum intentione faciendi quod præsentia Ecclesia, ut in Concilio Florentino in Decreto Eugenii IV. pro instructione Armenorum, quod habetur in fine dicti Concilii tom. 4. Concilio par. 1. pag. 612. col. 2. Et Matrimonii minister nullus alius videatur legitime assignari posse, nisi Sacerdos, videtur sequi, ut ejusdem presentia tanquam minister requiratur, adeo ut sine ejus consensu factum, non sit Sacramentum. Quod Canus de locis Theolog. lib. 8. c. 5. late defendere contendit. Et huic opinioni favent verba Concilii in dict. c. 1. hic, Et ego vos in Matrimonium conjungo, per quæ videtur significari, Sacerdotem ipsum hoc Sacramentum ministrare. Sed contrarium est verius, nam certum est ante Concilium Tridentinum Matrimonium clandestinum fuisse ratum, ac verum Matrimonium, & consequenter fuisse Sacramentum, Doctores in c. Ex publico, de convej. conjugat. cap. Gaudemus, & c. Quanto, de divor. aded ut contrarium asserere sit periculosum in fide, c. Ad abolendam, de heret. & habetur in princ. sess. 24. de reform. Matrim. Nam cum Ecclesia Catholica semper docuerit Matrimonium esse Sacramentum, sique definitum Matrimonium clandestinum fuisse verum Matrimonium, sequitur ut definitum itidem sit, Matrimonium clandestinum esse Sacramentum. Unde contrarium asserens non videtur audiendus, ut late deducit, & probat Sorus in 4. dist. 26. qu. 11. art. 3. opinionem Cani reprobat.

51 Et quamvis aliqui dicant Matrimonium non habere certum ministerium, ut Petrus de Soto de instit. Sacerd. de indissolubilitate Matrim. lib. 12. in princ. Atramen verius videtur contrahentes esse pariter hujus Sacramenti, ut probat Sorus in 4. dist. 18. Imò & Petrus de Soto ubi supra, tacite supponit ipsosmet contrahentes esse ministros, dum inquit, necessarium non esse hoc Sacramentum per aliquem illum eis ministrari, & sic supponit eos sibi ipsos illud ministrare, hoc etiam probat c. Si inter desponsat. & clarus Concilium Florentinum in præleg. decreto Eugenii IV. §. Septimum Sacramentum. Dum inquit causam efficientem Matrimonii esse consensum ipsum, scilicet demonstratum mutuo & receptum. Si ergo efficit Sacramentum, necessario adeit etiam minister, sine quo non est Sacramentum, qui alius esse non potest nisi ipsimet contrahentes, qui ad invicem mutuos expressosque exhibent consensum ad Matrimonium de presenti contrahendum. Cui opinioni adhaeret etiam Auctor Flor. Theolog. qu. in quæst. de essentialibus Sacramenti Matrim. artic. 4. in 3. difficult. conclus. ante pag. 520. asserens conjuges non autem Sacerdotes dici esse ministros, dum sibi invicem materiam & formam ministrant, eamque late tuetur Card. Bellarm. lib. 1. de Matrim. c. 9. & duob. seqq. dicens oppositam opinionem esse temerariam, & Thom. Sanch. alios adducens in tract. de Matrim. tom. 1. lib. 2. dist. 6. n. 2. Et ad verba Concilii in d. c. 1. quæ superius adducta sunt pro contraria opinione, respondetur cum Soto ubi supra art. 3. dicta verba proferri à Sacerdote non tanquam ministro Sacramentum ministrante, sed declarante, seu firmante id quod inter ipsas partes sit, seu factum est.

53 Cum igitur certum sit ante Concilium Parochum non fuisse necessarium ministrum hujus Sacramenti, sequitur ut nec sit post Concilium, quod dici non potest voluisse immutare substantialia Sacramenti, ut est minister, quorum immutatio, & præscriptio ad Sacramentorum solum Institutorem Christum spectat, c. Sane quidam, 25. qu. 1. S. Th. in 4. dist. 3. quæst. 1. art. 2. qu. 2. Soto in 4. dist. 1. quæst. 1. art. 7. & patet ex c. 2. sess. 21. de comman. sub utroque spe-



DE CLANDESTINA DESPONSATIONE.

Innocentius III. in Concilio Generali.

CAPUT III.

Cum inhibito copula conjugalis sit in ultimis tribus gradibus revocata, eam in alius volumus districte servari. Unde prædecessorum nostrorum vetigis inhærendo, clandestina conjugia penitus inhibemus, prohibentes etiam, ne quis Sacerdos talibus interesse præsumat. Quare specialem quorundam locorum consuetudinem ad alia generaliter prorogando, statuimus, ut cum Matrimonia fuerint contrahenda, in Ecclesiis per Presbiteros publicè proponantur, competenti termino præfinito, ut infra illum, qui voluerit, legitimum impedimentum opponat, & ipsi Presbiteri nihilominus investigent, utrum aliquid impedimentum obstat. Cum autem apparuit probabilis conjectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expressè, donec quid fieri debeat super eo, manifestè consulerit documentis.

Si quis verò hujusmodi clandestina vel interdicta conjugia inire præsumperit, in gradu prohibito, etiam ignoranter, soboles de tali conjunctione suscepta, proflus illegitima censetur, de parentum ignorantia nullum habitura subsidium, cum illi taliter contrahendo non expertes scientiæ, vel saltem affectatores ignorantie videantur. Pari modo proles illegitima censetur, si ambo parentes impedimentum scientes legitimum præter omne interdictum, etiam in conspectu Ecclesiæ contrahere præsumperint.

Sane si Parochialis Sacerdos tales conjunctiones prohibere contempserit, aut quilibet etiam regularis, qui eis præsumperit interesse, per triennium ab officio suspendatur, gravius puniendus, si culpæ qualitas postulaverit. Sed his, qui taliter præsumperint, etiam in gradu concessio copulari, condigna penitentia injungatur. Si quis autem ad impediendam legitimam copulam, malitiosè impedimentum objecerit, canonicam non effugiet ultionem.

SUMMARIUM.

- 1 Matrimonia cum sunt contrahenda, debent per Presbiteros in Ecclesia edicta proponi, assignato termino ad opponenda impedimenta.
2 Nec de jure possunt Episcopi super hoc dispensare.
3 Denuntiationes Matrimoniales qualiter ex Concilio Tridentino sint remittenda aut remittenda, ibid.
4 Scholasticus Universitatis Salamantinae non possit remittere denuntiationes Matrimoniorum quæ à personis sui jurisdictionis subiectis contrahuntur & non sequi, usque in finem.
5 Scholasticus seu Rector Universitatis habet jurisdictionem ordinariam ex privilegio in corp ore juris clauso.
6 Ordinarius de quo loquitur Concilium Tridentinum in denuntiationibus remittendis intelligitur Episcopus Diocesis & non alii qui sunt Ordinarii de jure speciali & n. 9.
7 Rector Scholarii satis est ut sit annorum viginti.
8 Rector Universitatis habet jurisdictionem in scholares cum aliter cum Episcopo.
9 Praesumpti Abbatie Commendatarii, quovis habeat jurisdictionem quasi Episcopalem, tamen non potest denuntiationes remittere.

Cum inhibito. Cum Matrimonia sunt contrahenda, debent per Presbiteros in Ecclesia edicta proponi, assignato termino, infra quem qui voluerit impedire, impedimentum opponat; & si probabilis conjectura fuerit de impedimento, interdicatur Matrimonium donec de hoc cognoscatur. Hoc dicit usque ad §. Si quis. Et cum hoc statutum sit Concilii Generalis, nequeum Episcopi super hoc dispensare, ut tenent Petrus de Palude in 4. sent. dist. 28. q. 2. art. 3. n. 21. & Sanctus Anton. in 3. part. tit. 1. c. 16. in fine, vers. Sento etiam ex magna causa secundum ea que scripsi in cap. Nimiti, supra de fili. Presbit. in q. an Episcopi ex magna causa dispensare possint contra statutum Generalis Concilii d. n. 11. usque ad n. 44. Quidquid contra scripsit Thomas Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 7. n. 1. Sed hodie aliter dicendum est, quia Concilium Tridentinum in Decreto c. 1. sess. 24. de reform. Matrim. inhærendo huic Constitutioni statuit primo, ut impofterum antequam Matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho tribus continuis diebus testis in Ecclesia inter Missarum solemnem publicè denuntietur,

Fagnan. in IV. Lib. Decretal. Hic quæro, Posita sine veri prejudicio jurisdictione ordinaria scholasticæ Cathedralis Salamantinae in Universitatem